

703881


II 5 21.

J^r I 41

Ruk II selzo

2088.

51056



DE
CÆREMONIJS
BAPTISMI

*Inter Catholicum Parochum, &
Lutheranam Obstetricem*

DIALOGUS.

A

Reverendo Patrē

GEORGIO SCHERER,
ē Soc. JESU Germanicē editus
Anno 1587.

*Jam autem in gratiam Cura-
torum Animarum Latinitate
donatis*

AB

Admodum Reverendo Domino
JOANNE LYCZEI,
Parocho Bozokiensi, Anno
1701.

Tyrnaviæ, Typis Academicis per Joannem
Andream Hörmann.



Ad Lectorem.

DUm nova Lutheri, ex antiquis pluribus, dudum anathematizatis compilata Religio, sua in nonnullis Septentrionalibus Oris sumeret incrementa, inter strenuos Orthodoxæ Fidei Propugnatores, non postremus fuit P. Georgius Scherer Tyrolensis, Soc. Jesu Theologus, Vir verbo potens, eruditione, & editis Voluminibus celebris; Quis inter alia, Cæremoniarum etiam Baptismi, in Scripturis, Traditionibus, ac Patribus Orientis, Occidentis, Meridiei, & Septentrionis, fundatissimam, quâ eadem à contemptu Heterodoxorum, qui tunc specie diversissimi, magno numero, ut vermes ex caseo ab una nascebantur, vindicaret, in Dialogum Stylo Teutonico redactam, Typis Anno 1587. vulgavit Expositionem, Illam eandem suâsu multorum nunc Latinitate donavi. Verum fateor; quoties apprimere volebam chartæ calamum, toties non levibus, ut superfedeam scriptione, stimulabar argumentis; tamen ne multa circumspiciens, consequenter nihil agenti, similis efficiar, deterreri à præmeditato Opere, solo motus in tantum Sacramentum, & amorem proximi Zelo, me non sivi. Interim in presenti opusculo nihil mihi vendico præter Latinitatem, qui sine dubio culinarius videbitur, & est; sed talem Docti cum simplice sermocinatio exposcebat. Conabar, ut unum idioma cum altero etiam in verbis concordet: hoc ubique fieri non poterat, quodlibet enim licet non in omnibus, in aliquibus saltè suam propriam alteri non accomodabilem in ea forma, ut constat Polyglottis, habet Dialectum. Patrum Sententias, quarum nulla in germanica Editione proponitur latine, verbis meis servatâ substantiâ sum interpretatus, nam genuinis, ut in voluminibus prostant, referre sine ijsdem, humanum superat captum. Habes itaque in hoc opere Optime Lector ad retundenda contra Cæremonias Baptismi bacchantium tela firmum Clypeum; leva, sed dextrâ, ac in DEI gratia optimè vale, meumque hunc exilem conatum æqui bonique consule.

Tuus in Christo Sacramentorum Auctore.

Joannes Lyczei.





Ad omnes Christianos Parentes.



*Mnes Christianos Paren-
tes syncerè moneo, & ro-
go, ne suas, quas Domino
largiente suscepturi sunt
proles in Matrimonio, ullatenùs Lu-
theranicis, Calvinisticis, aut alterius
Sectæ Prædicantibus deferri sinant
baptizandas, ex subsequenti-
bus magni
ponderis rationibus.*

*Primò. Qui suas proles non per-
mittunt Catholicè baptizari, quali-
ter fors ipsi, vel certè ipsorum Paren-
tes, Avi, aut Avia baptizati sunt,
illi conspuunt, & damnant suum pro-
prium, ac suorù prædecessorum baptis-
mum,*



num, & ex se ipsis, suisque prædecesso-
ribus Christianis, Paganos faciunt,
multoque pejus agunt, quam Copro-
nymus Orientis Imperator, qui in su-
um baptismum ventrem exoneravit.
Alius debonestare, & deturpare tu-
um, tuorumque Majorum baptismum
non potes, quam si eundem non ampli-
us pro tam bono, honesto, & Christia-
no habeas, ut eodem tuas proles ba-
ptizari permittas, sed quæras alios
novos exoticos baptismos.

Secundò. Parentes, qui suas pro-
les non Catholicè, & juxta priscam
Fidem baptizari permittunt, illi se
discindunt, & seperant liberè, à mille
quingentorum annorum DEI Ecclesia,
& à tota Christianitate, quæ per
Universum Mundum plantata est, in
qua circa baptismum, semper, & u-
bique



bique per totum Terrarum Orbem adhibebantur, Oleum, Chrisma, Exorcismi, Exsufflationes, &c sicut nostro tempore. Quàm horrendus debet esse casus, dum quis à Doctrina, & Ceremonijs totius Gregis Fidelium Christi, (qui se ad omnia loca, & fines extendit) recedit, & angulos sibi quærit.

Tertiò. Parentes, qui suas proles non Catholicè baptizari permittunt, pedibus conculcant Apostolorum ordinem, ac Traditiones. Nam quòd præcipuæ baptismi Cæremoniæ, quæ ab Hæreticis Prædicantibus rejiciuntur, & cassantur, à Divis Apostolis originaliter promanârint, potest ex multis non contemptibilibus Scriptoribus, & Doctõribus egregiè comprobari. Circa hoc S. August. (a) hanc dat Regulam.

X 3

Omne

(a) August. Ep. 19. ad Januar.



Omne, quod expressè scriptum non est,
& ab universa Ecclesia DEI per to-
tum Orbem servatur, infallibiliter
aut ab ipsis Apostolis, aut ab Univer-
salibus Concilijs, quorum authoritas,
& respectus in Ecclesia multum valet,
lit.

Quartò. Parentes, qui ex contem-
ptu Cæremoniæ suas proles Catho-
licè baptizari non permittunt, illi to-
tam suam Christianam fidem conjici-
unt in periculum. Nam quid aliud
sunt Cæremoniæ, quàm confirmatio,
& elucidatio nostræ sanctæ veræ fi-
dei, de Christo, de Justificatione ho-
minis, de peccato originali, de veri-
tate, & præstantia baptismi, de
Gratiæ DEI, de remissione peccato-
rum &c. Sic etiam olim Patres
(a) con-



(a) *contra Pelagium Hæresiarcham ex Cæremonijs baptismi decertabant, & probabant, quòd Infantes in peccato originali nati, verè in remissionem peccatorum baptizentur. Qui jam has Cæremonias contemnit, & risu explodit, eò paulatim deveniet, quòd ultimatè etiam articulos Fidei, qui per tales Cæremonias denotantur, illuminantur, & perpoliuntur, parvè pendet. Nam ut Sirach dicit: Quæ modica spernit, paulatim decidet. Eccl. 19.*

Non malè Cæremoniæ comparantur circulis vasis Vinacei; nam sicut ille, qui tales circulos aut dissecat, aut ruinae proximos non curat, ja-

)(4 Eturam

(a) *August. Lib. 1. de Peccat. Meritis. c. 19. de gratia Chri. cap. 40.*



Eturam vini patitur, quia ubi primum ligamina soluta sunt, dissiliunt, & rumpuntur circuli, postea cadunt utres, & vinum per cellarium diffunditur. Pariter homo, cum tempore amittit fidem, qui Ceremonias, quæ pro majori firmitate, & conservatione fidei ordinatæ sunt, turpiter ad ventum excutit, & contemnit. Canis enim pellem vorare discit, primum in corio calceorum se exercendo.

Quintò. Qui suas proles aliter, quàm Catholicè baptizari permittunt, utpotè sinè Oleo, Chrismate, sciant se conformes esse non Martyribus, non Doctoribus, non Thaumaturgis Episcopis, non Christianis Imperatoribus, non timoratis Virginibus, non Confessoribus DEI, qui omnes



omnes Oleum, & Chrisma in honore habuerunt; sed à tota Christianitate pridem damnatis, & septies anathematizatis hæreticis Novatianis, qui etiam in baptismo Oleo, & Chrismate non utebantur, ut Theodoretus (a) attestatur. Hinc pudor est, quòd quis infantem suum potiùs Novatiano modo, quàm Catholico baptizari permittat.

Sextò. Parentes, qui suas proles hæreticè baptizari permittunt, illi spoliant suam propriam carnem multis singularibus dotibus, & gratijs, quæ aliàs penes principalem gratiam baptismi percipiuntur. Pariter se denudant magno, & potenti adjutorio, & assistentia contra dolosum Sathanam.

(a) Theodoretus Lib. 3. de Hæret. Fab.



nam. Nam impossibile est, ut eximia
Orationes, quæ cum Cæremonijs ba-
ptismi in nomine totius Ecclesiæ
pro infante contra Diabolum fiunt,
vacuæ transeant, ac infructuosæ sint.
DEUS exaudit preces Ecclesiæ. Pre-
ces autem eorum, qui adversantur
Ecclesiæ, tantum valent apud DEUM,
quantum (a) Ethnicorum & Publicano-
rum, quibus tales inimici Ecclesiæ, ut
sunt Hæretici Prædicantes à Christo
comparantur. Dicitur enim, (b) Ora-
tio eorum fiat in peccatum.

Septimò. Christiani Parentes sciant,
quòd nos Catholici tam bene funda-
ti simus cum nostris Cæremonijs ba-
ptismi, ut Lutheranici Prædicantes
ipsi in Publicis Imperij Comitij Au-
gustæ Anno 1530. in sua Confessione,
ne

(a) Matth. 18. (b) Psal. 108.



ne verbulo quidem iisdem adversati
sint. Imò integri Lutheranici Prin-
cipatus, & Ducatus, Salem, Oleum,
& Chrisma, Crucem, Exorcismum,
Exsufflationem, multis annis, ut pias,
Christianas Cæremonias apud parvu-
lorum baptismum servârunt, & ad-
hibebant. Quòd autem deinde Prædi-
cantes ex una parte easdem rejecerint,
& in dies plures rejiciunt, illud est
ipsorum spiritui, quem Critirion vo-
cant, adscribendum, aliàs, quod uno
anno in eo rectum est, semper rectum
est.

Octavò. Sciant Christiani Paren-
tes, quòd pro ordinarijs Bapti-
stis, semper Episcopi, Presbyteri,
& Diaconi habiti sint. Quia verò
nunc apud Hæreticos Prædicantes
nulla est consecratio, & consequenter
nub-



lus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus esse possit, non sunt illis infantes dandi ad baptizandum, sed apud legitime vocatos, consecratos, & ordinatos ministros, & Dispensatores Sacramentorum sistendum. Verè tam parùm hæretici Prædicantes sunt vocati ad baptizandum, quàm fossores, rustici, foeminae, ac alij Laici. Et in casu necessitatis, si infans ex debilitate, vel ob alias inevitabiles causas ad manus Presbyteri devenire non posset, millies est meliùs, communis una persona laica, quæ formam baptismi novit, sive sit foemina, sive mas, baptizet, quàm talis Prædicans.

Nam esto in necessitate quivis jus baptizandi habeat, & nullius hominis baptismus rejiciendus sit, sive is Judæus, Ethnicus, Turca, vel Hæreticus



ticus sit, dummodò essentialia partes
baptismi, cum Intentione Ecclesiæ ser-
ventur; semper tamen mas foeminae,
Fidelis infideli, baptizatus non bap-
tizato, Catholicus hæretico, Pius im-
pio, Ovis, licèt vagabunda esset, uni
publico rapaci Lupo, & hæretico
Prædicanti meritò præponendi.

Nonò. Christiani Parentes vel ex
eo suas proles hæreticè non deberent
baptizari curare, siquidem apud tale
baptisma sæpius curandum est, ne fors
Prædicantes in essentialibus partibus
baptismū alterent, cū sæpè scripto, &
verbo fateantur, Baptismi Materiam,
& Formam res esse Adiaphoras, li-
ceátque non aquam, sed aliud quid,
dummodò madidum sit, in baptismo
adhibere: sicut nec esse certæ formulæ
alli-



alligatum baptismum: hinc posse Ministrum hæc, vel illa verba pronunciare: In Nomine Domini, vel in Nomine Diaboli baptizare, eundem facit effectum, si saltèm baptizandus rectam fidem habeat.

Propter has, & similes causas, meritò unus Christianus Pater, & Christiana Mater, ex corde abominari debet baptismum Hereticorum Prædicantium. Pro hujus autem, & aliorum intelligentia, sequentem Dialogum breviter complexus sum, quem vobis Parentibus diligenter legendum, & in animum inducendum propono. Pro quo concedat DEUS suam gratiam, Amen.



Brevis Specificatio eorum, de quibus in hoc Opusculo tractatur.

1. De Essentialibus Partibus Baptismi.
2. An Papistarum Baptismus rectus sit.
3. De Trotz Lutheranorum, adversus Papam, & Concilia.
4. De Patrinatu.
5. De Baptisterio.
6. De Benedictione Fontis Baptismalis.
7. De Exorcismo.
8. De Ex- & Insufflatione.
9. De Sale.
10. De Cinere, & Sputo.
11. De Signo Sanctæ Crucis.
12. De Abrenunciatione.
13. De Evangelio.
14. De Professione Fidei.
15. De Catechismo.



16. De Oleo, quo baptizandus in pectore, & inter scapulas ungitur.
17. De Nomine.
18. De Immersione.
19. De Chrismate.
20. De Veste Candida.
21. De Lumine.
22. De Latino, & Germanico Baptismo.
23. De quorundam Presbyterorum indecentia.





CHRISTIANUS

De

Cæremonijs Baptismi inter Catho-
licum Parochum, & Lutheranam
Obstetricem.

DIALOGUS.

Obstetrix.  Reverende Domine Pa-
roche, Deus det Ve-
stræ Reverendæ Di-
gnitati bonum manè.

Parochus. Deo gratias: Quæ est tua pe-
titio?

Obst. Hodie circa vesperum libenter u-
num infantem ad baptismum ferrem, si
Vestræ Dignitati commodum foret.

Paro. Mihi est semper commodum, mo-
dò feras. Interim in magnam rapior ad-
mirationem, occasione præsentis requisiti-
onis, quia scio te, longo satis tempo-
re infantes alibi circumtulisse.

Obste. An non sunt 12. horæ diei, ergò
non potest homo converti?

A

Paro.

Paro. Quis dubitat? sed cuperem scire causas, cur hucusque ordinariam Parochiam circumiveris, & solum Lutheranicis Prædicantibus infantes portaveris.

Obste. Domine Reverende, ad hoc respondere mihi est difficile, præterquam quòd longiori daretur occasio Disputationi, quam ego libenter evitare: etiam Rev. Dignitas Vestra, mihi simplici fœminæ est nimis docta.

Paro. Chara Domina, nemo opinetur, quòd multum disputare, & contendere tecum velim: quin potius de rebus amicè, & confidenter ad invicem conversabimur, & loquemur. Sede, & bonus amicus, qui tecum venit, etiam sedeat.

Obste. Mi Domine ignosce, quòd tam citò sedeam; sum enim jam Senex, & defessa in pedibus.

Paro. Quàm Senex es ergò?

Obste. Plus minus sexagenaria.

Paro. Tam senex mihi non apparebas, ergò senior es, quàm Augustana Confessio?

Obste. Hoc deberet esse mirum, ut mea Fides, quam tot annis habui, sit me junior.

Paro. Hujus facile est inire computum.

Anno

An. 1530. Augustana confessio primò fabricata est, & Carolo V. Christianæ memoriæ, ab aliquibus porrecta. Jam habemus ann. 1587. ex quo patet, necdum 60. annos ab illo ad hoc tempus effluxisse. Sed ad rem; Cur infantes ad Parochiã pro baptismo non statuebas, Ista est nunc Quæstio?

Obste. Ad hoc respondebo; sed unū rogo præprimis, ne nimirum V. R. D. mihi vitio vertat, si quo casu plus loquuta fuero, nam si os solito magis aperio, tam parum me possum temperare, ac aliæ foeminæ.

Paro. Tantum edisere, quod tibi circa cor est.

Obste. In nomine Domini Rev. Domine, ut breviter faciam; quatuor causæ me à Parochia cum baptismo infantium absteruerunt: prima est, quòd Lutheranicos Prædicantes sæpè concionari audiverim, planè non esse apud Papistas verum baptismum, hinc malunt suos infantes sinè baptismo mori, quàm vos Papisticos Sacerdotes propterea salutare, & alloqui: Secunda causa est, vestræ stultæ, & superstitiosæ cæremoniæ quibus apud Baptisma uti consuevistis, quas habetis in sputo, cinere, sale, Oleo, Chrysmate, & similibus. Tertia est, quòd infantes non notâ vernaculâ linguâ, sed latinè baptizetis. Quarta, quòd vestri Capellani comuniter ebrij sint, linguâ balbuti-

A 2

unt,

ant, pedibus titubant, dum baptizant, aut ità irregulariter cum rebus procedunt, ut pudor sit. Hic habes Domine Reverende, ex Culina, & Cellario, jam cor meum purgatum est, nunc me meliùs sentio.

Paro. Bene est, quòd Apostema suum fluxum invenerit, & mucus jam foris sit, aliàs protractio longior obfuisset cordi; modò spero de te rectiùs.

Obste. Clarè exprimenda erant, & dicenda, quæ scire volebat Dignitas Vestra Rev.

Paro. Tantùm pulchrè, paulatim mea Domina: Volumus has quatuor causas à te propositas ad libellam verbi Dei, & veræ Christianæ Doctrinæ ponere, & videre quid ponderent, & valeant.

Obste. Sum contenta.

Paro. Qui fuerunt illi Prædicantes, qui vobis ausi sunt blaterare nostrum baptismum non esse rectum, cùm tamen ipse Martinus Lutherus recognoscat, in Papatu verum esse baptismum?

Obste. Ubi agnoscit?

Paro. Extat Epistola ad duos Parochos, de Anabapt. Confitemur (scribit Lutherus) (a) quòd in Papatu sit vera Scriptura, verus Baptismus, verum Sacramentum Altaris, veræ Claves in remissionem peccatorum. Hoc idem etiam alibi le-

ges

ges: Benedictus sit Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum Divitias suæ misericordiæ, ad minus hoc unicum Sacramentum Baptismi conservaverit in Ecclesia immaculatum, & sine veneno humanarum Traditionum. Item Deus (inquit Lutherus) (a) Potentiâ suâ, & miraculosè obtinuit, quòd sub Papatu adhuc manserit 1. mò Sanctus Baptismus. 2. dò In Cathedra Textus S. Evangelij in cujusvis Regionis Idiomate. 3. tid Remissio peccatorum, & absolutio &c.

Obste. Debeo apponere ocularia, aliàs non possum bene legere.

Paro. Utaris tantùm tempore, & diligenter inspicie verba.

Obste. Verum est, hic stat sic, Litera est clara.

Paro. Si ergò Lutherus ipse baptismum nostrum dicit esse verum, & pro tali agnoscit, quâ ergò impudentiâ ipsius discipuli volunt nobis illum adimere, & tollere?

Obste. Mihi etiam videtur rarum esse, quòd Discipulus velit esse supra Magistrum: sed non irascatur Dominus meus Parochus, debemus ulterius de rebus loqui.

A 3

Paro.

(a) Tomo 7. *Wittemb. Jheness.* 6.

Paro. Non irascor, sed tantum insipidus sum adversus hos salutis suae incuriosos homines. Dicitis unum mea Domina, Nonne etiam tu in Papatu baptizata es?

Obste. Aliud nescio dicere.

Paro. Curasti-ne te de novo baptizari?

Obste. Deus me ab hoc custodiat.

Paro. Jam bene audio, quod perceptum Baptismum in Papatu pro bono teneas.

Obste. Quot millia inveniuntur inter Lutheranos, qui omnes in Papatu Baptismum susceperunt, neque de novo se baptizari permiserunt.

Paro. Si hic Baptismus vobis fuit rectus, cur igitur alijs non est rectus? Si igitur contemnitis Catholicum infantium Baptismum, & damnatis; tunc contemnitis, & damnatis vestrum proprium Baptismum, & ipsi vos conjicitis in retia instar Upuparum.

Obste. Vestram Upupam ridere debeo. Vestra Rev. Dign. apparet mihi mirabilis Dominus.

Paro. Profectò Domina super tali Cœcitate plus flendum, quam ridendum foret.

Obste.

Obste. In quo propriè Baptismus consistit?

Pro. Essentia, & Substantia Baptismi consistit in aquæ lavacro, & verbo. Nam sic inquit S. Paulus: Quòd Christus suam Ecclesiam mundaverit per lavacrum aquæ in Verbo.

Obste. Lavacrum aquæ intelligo rectè, quid autem Sanctus Paulus per illud (in verbo) significare velit, dum dicit: per lavacrum aquæ in verbo?

Pro. Illud verbum est: Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, qualiter Christus baptizare præceperat Matthæi ultimo: Ite, docete omnes Gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.

Obste. Nónne & vos Papistici Sacerdotes consuevistis penes aquam etiam hæc verba pronunciare?

Pro. Maximè.

Obste. Quis ergò cum veritate dicere potest, quòd non habeatis verum Bapsismum?

Pro. Idèò de nostro Baptismo nullum est cubium, qui habet omnes essentielles partes, & à nostris firmiter servatur, ac strenuè; & insuper nullam absolutè mu-

tationem in forma, & materia passus est. Imò, posset multò rectiùs alicui magnum dubium incidere, an apud vos Lutheranos sit semper verus Baptismus cum omnibus Essentialiter appertinentibus partibus.

Obste. Quomodo hoc mi Domine Paroche, quomodo?

Paro. Quia vester Lutherus auditus est: (a) planè non esse hominem alligatum aquæ, cum possent infantes etiam lacte, cerevisiâ, vino, & similibus baptizari. Nam semel interrogatus, an quis posset in necessitate, lacte, aut cerevisiâ baptizare? ad hoc non negativè, sed affirmativè respondit: Omne quod lavacrum vocari potest, servit, & valet pro baptismo.

Obste. Mi Deus, qualiter hoc fieri posset, cum Christus expressè nominet aquam, dicendo ad Nicodemum: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non introibit in Regnum Dei?

Paro. Hoc se sic habet, similiter & Sanctus Paulus, (b) lavacrum specificat, quo Christus suam Ecclesiam mundat, & vocat lavacrum aquæ, non vini, aut lactis.

Luthe.

(a) *Aurifaber in Mensalib.* (b) *Ephes. 5,*

Lutherum secutus est & Calvinisticus Beza scribens: (a) Possent quis Infantes (cum licentia) Urinâ, succo pyrorum, & quavis alia materia sine consideratione baptizare, nullus enim ibi excluditur liquor.

Obste. Nostri Prædicantes etiam docuerunt, quòd quis aliter baptizare posset, quàm in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti?

Paroch. Ita.

Obste. Hoc deberet esse mirum mi Domine, non facito ijsdem injuriam.

Paro. Ego non facio ipsis injuriam, sed lege verba Lutheri, in libro ejusdem de Captivitate Babylonica, ubi scribit: (b) Papistæ volunt, ne unquam alia Forma Baptismi valeat, quàm hæc: Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti. Verùm frustra contendunt, & laborant, quia nihil probant, sua solùm somnia proponunt. Interim quibuscunque modis detur Baptismus, dummodò

A 5

non

(a) Beza volum. 3. Theolog. Tractatuum Epist. 2.

(b) Lutherus Præceptum de consueta Forma Baptismi: In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, vocat somnium Papisticum.

non detur in nomine hominis, sed in Nomine Domini, verè salvabit.

Obste. Sequitur hinc, cùm Baptista accipit aquam, & nihil plus dicit, quàm ego te baptizo in nomine Domini, aut in nomine Dei, quòd illicò sit verus Baptismus. Hoc non potest meum caput intrare, siquidem Christus præcipit baptizare in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti?

Paro. Lutherus suum præceptum firmat ex actis Apostolorum, ubi legere est (a) quòd pariter Apostoli tantùm in nomine Domini Jesu, baptizârint. Sed hoc non sufficit; nam posito, Apostoli solum nomen Jesu in baptismo expressissent, tamen talem mutationem non proprio motu assumerunt, sed dispensatione Divina, & singulari declaratione, & impulsu Spiritûs Sancti, pro majori dilatatione, & exaltatione hujus Sanctissimi, & Dignissimi nominis, in primò plantata Christianitate. Sed nihil est, quod impellat nos sequi hoc exemplum, ut ex extraordinario baptismo faciamus ordinarium. Sunt multi Theologi, qui scribunt, quòd ex hoc textu Actor. Apostol. non possit pro certo deduci,

(a) Actor. 19.

deduci, quòd Apostoli planè ita baptizârunt, & non apud ordinariam baptismi formam permanferint, cum ille textus etiam hunc sensum habere possit: quòd nimirum S. Lucas unicè propter discrimen baptismi Joannis, de illis baptizatis scripserit, quòd in nomine Domini JESU, Id est JESU, & non Joannis baptismò baptizati sint. Hoc sensu supposito, non negatur talem baptismum in nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti fuisse.

Obste. Nostri Prædicantes tenent Joannis, & Christi baptismum pro uno.

Paro. Nos profectò crassi, rudes, & literarum sacrarum expertes diceremur. Si Baptismus Joannis fuit Christi Baptismus, cur ergo Sanctus Paulus illos 12. Ephesi, qui Joannis baptismum susceperunt, curavit de novo in Nomine JESU baptizari. Si prima vice bene baptizati sunt, non erat necessum secundariò eosdem baptizare, cum verus baptismus, uni toto vitæ tempore saltèm semel detur. Sic determinant Joannis, & Christi Baptismos, Tertullianus, Origenes, Chrysostròmus, Ambrosius, Hieronymus, Optatus, Augustinus, Gregorius, Theophylactus, Tertull. lib. de Baptismo, Orig. in Cap. 1.

ad Rom. Chrysoſtom. Hom. 10. in Matth. Ambr. Serm. 16. de Natal. Domini, Hieronym. cont. Lucifer, Optatus lib. 5. contra Parme. Auguſt. lib. 2. contra Epist. Peril. c. 37. & lib. 5. de b. baptif. contr. Donatistas c. 9. Greg. Hom. 20. in Theophy. in cap. 3. Lucæ.

Obſte. Lutherana Doctrina longior nunc, & rarior apparet.

Paro. Chara Domina audi ulterius, quid Lutherus de Forma Baptifmi in memorato loco ſcribat. Apud me (dicit ille) non eſt dubium, quin verè baptizatus ſit in nomine Domini, qui baptifmum in nomine Domini ſuſcipit, etiamſi impius Miniſter (vel baptiſta) baptifmum planè non in nomine Domini tribuat, nam virtus baptifmi, plus in Fide baptizati, quàm baptizantis conſiſtit.

Obſte. Vide mi Domine Paroche, quàm ſint horrendi hi ſermones, nunquam Luthero hoc ſlagitium imputaſſem, niſi ipſiusmet propria verba, hic ante oculos meos jacere vidiffem. Ergò audio, ſi Baptiſta non tantùm in nomine hominis, vel boni Angeli, ſed planè in nomine omnium Diabolorum baptizaret, Luthero verum, & bonum Baptifmum futurum, dummodo baptizatus in nomine Domini talem baptifm,

baptismum suscipiat, & assumserit. O Luther, Luther, potenter admodum te scidisti! Tam crassos bolos deglutire non possum, minùs digerere. Quid est hoc? An putas bonum esse baptismum, qui planè non est in nomine Domini ministratus? Quis Christianorum hoc credet?

Paro. Domina, non frustra miraris; plurimum jam tunc fuerunt adversùs sanctum Baptismi Sacramentum blasphemiarum intolerabiles: suum Magistrum Lutherum secutus est Discipulus Brentius, (a) qui similiter non vult hominem ad certam formam baptismi alligatum, aliàs nominat superstitionem; & putat, quòd quis possit loco consuetorum, & usitatorum verborum baptismi unam brevem concionem, & admonitionem de SS. Trinitate facere, & dein simplicem aquam accipere, & supra infantem fundere. Si igitur Lutherus, & præcipui Prædicantes, inter quos unus fuit Brentius, talem rem ausi sunt scribere de Essentialibus partibus Baptismi, quàm citò invenientur plures Neo-Prædicantes, qui ut contestentur se esse amicos, & fideles Discipulos, ac asectas Lutheri, & Brentij, nullis certis verbis

(a) Brentius in suo Catechismo.

bis, & Materiæ alligari se patientur in præattactis duabus partibus, quæ ad baptismum necessariò requiruntur, consequenter secundùm suum placitum, vel loco aquæ non adhibebunt aquam, aut notam, receptam, & in toto mundo usitam, ac à Christo præscriptam Formam Baptismi in aliquam aliam novam exoticam, & priùs non auditam formam baptismi commutabunt.

Fide dignum est, quòd non pridem in certo loco quidam Prædicans tacendo, & sine ullo verbo, vix duas, aut tres guttas aquæ infantulo ad faciem duorum digitorum medio excusserit, ac post ad Obstetricem dixerit: Aufer infantem, jam baptizatus est. Omninò sicut prisci Hæretici, ita & moderni Prædicantes sæpenumerò tam larido & spurco modo procedunt cum Baptismo, ut ipse Deus subinde eos publicè confundat, ut subsequentes Historiæ testantur.

Quædam Catholica Mater baptizat (a) Anno 1579. Amsterodami suam propriam prolem occultè propter Maritum, qui Hæreticus erat. Hic cum Infantem deinde

sicut

(a) *Tilmannus Bredenbachius lib. 7. Collatio-
num sacrarum cap. 51.*

sicut alium ad Prædicantem pro baptismo portaret, Prædicans mirabiliter obmutuit, ita ut nec verbulum locutus sit. Rebus igitur infectis Parens infantem domum reportare debuit. Enarrat domi inprovisum casum uxori suæ, & penes quærit, quid infanti fecisset, quòd Prædicans super eo obmutuerit, & nihil agere potuerit? Reposuit Mulier: Mi Marite, fateor, quòd te in scio ipsa infantem baptizaverim, néque quid aliud fecerim. Maritus ponderat Divinum factum, abjurata Hæresi, Fidem Catholicam suscipit.

Alibi longè mirabilius factum contigit. (a) Quidam Hæreticus vir, accipit à latere uxoris suæ noctu dormientis infantem, & portat ad Baptismum Hæreticum, quem dum Prædicans baptizare vult, inventus est infans mortuus. Terrescit Parens, & reportat mortuum infantem iterum domum, ac reponit in loco priori penes Matrem, quæ ex somno necdum evigilaverat. Manè factò, interrogat uxorem, qualiter cum infante valeant? Respondit: DEO laus, valdè bene; deinde levat infantem, & amplexatur, ac Parenti recentem,

(a) *Idem Collat lib. 7. cap. 50.*

tem, & vivum præbet. Maritus rei novitate factus attonitus, refert uxori rei feriem, & pōst statim fit Catholicus.

Obste. An putas eos, qui à Lutheranicis, aut Calvinisticis Prædicantibus baptizati sunt, rebaptizandos?

Paro. Hoc ego non dico: Nam tam bene Hæreticorum, quàm Judæorum, Ethnicorum, & Turcarum Baptismus, Essentialibus partibus servatis, & intentione præhabita operandi, quod Mater Ecclesia tali casu operatur, est validus Baptismus. Sed dico rem esse periculi plenam, cum Baptismo Lutheranicorum, & Calvinisticorum Prædicantium; nam semper curandum est, (a) ne fors in Trotz Papæ (qui ut consuetum verbum Baptismi, cum Elemento non vitientur, vehementer attendit) mutationem, & innovationem in his Substantialibus, sicut in alijs rebus faciant.

Obste. In quibus rebus?

Paro. In Trotz Papæ negant Transubstantiationem Panis, & Vini, in Corpus, & Sanguinem Christi, in Sacramento altaris. Dicit enim

(a) *August. lib. de unico Baptismo c. 9. Item lib. 3. contra Donatistas c. 1. & lib. 7. cap. 53. Concil. Trid. Sess. 7. can. 4.*

enim Lutherus: (a) Volumus Papæ in contrarium, & Trotz tenere, quòd verus panis, & vinum in Sacramento maneat, penes corpus, & sanguinem Christi. Papæ in Trotz sumunt utràmque speciem. (b) Volumus, dicit Lutherus: Talibus stultis in Trotz, & in contrarium utrâque specie uti, & ipsorum Præceptum pedibus calcare. *Papæ, & Concilijs in Trotz, parati sunt unam tantum, aut nullam planè speciem sumere.*

Casu quo contingeret, (c) dicit Lutherus, quòd Concilium permetteret usum utriusque speciei, tunc prius mallems facere, totum quod possemus, quàm de illorum indulto, primò utràmque speciem sumere. Imò multò magis illud Concilium, cum suis edictis, & statutis contemneremus, ac vel unam solùm speciem, aut planè nullam perciperemus; omnes illos anathematizarem, qui talis Concilij, aut statuti utrâque specie uterentur *Papæ in Trotz nolunt confiteri, jejunare, aut*

B

Sacra.

(a) Luth. Tom. 2. Jhen. de Adorat. Sacra.
 (b) Tomo 7. Wuttemb. in lib. de utrâque Specie.
 (c) Tomo 7. Wuttemb. in lib. de Celebratione Missæ.

Sacramenta percipere. Dicit Lutherus: (a) Dum Papa præcipit confiteri, Sacramenta percipere, jejunare, pisces comedere &c. ac urgeat, ut quis ex obedientia Ecclesiæ debita faciat, & teneatur, tunc homo audacter, & liberè oppositum vel idè faciat, quia Papa mandat. *Papa, & Concilijs in Trotz, Ecclesiasticis unam, duas, aut tres meretrices permetterent.*

Scribit Lutherus: (b) Si contingeret, quòd ducenta, vel plura millia Conciliorum concluderent, ut Ecclesiastici Matrimonium inire possint, aut plus, quòd antea verbum DEI facere permittebat, decernerent, tunc priùs vellem videre per digitos, & gratiæ DEI commendare illum, qui suæ vitæ tempore, unam, duas, vel tres meretrices haberet, quàm illum, qui Uxorem duceret, secundùm talium Conciliorum conclusionem.

In Trotz Papa, Nolunt Canonem Missæ exponere, sicut possent, & scirent.

Scribit Lutherus: (c) Quamvis Canonem rectè exponere possim, ut priùs feci, tamen

(a) *In Postill. Eccle. in Epist. Dominica 4. Adventus.* (b) *Tomo 2. Jhen. & Tomo Witt. 6. ad Dominos Statùs germanici.* (c) *Tomo 2. Latino de abrog. Missæ privata.*

tamen modò illum honorem ei non faciam.

In Trotz Papa plurimi illorum nolunt ex Calice, sed solum ex poculo, aut alio Instrumento in sua Cæna bibere. (a)

In Trotz Papa, nolunt plurimi dum legitur Evangelium surgere, secundùm antiquum morem, sed sedere.

In Trotz Papa, nolunt Brietum aut pileum movere, dum Sanctissimum Nomen JESU, in Cathedra nominatur. Uno verbo, Papæ in Trotz ultimam, etiam ad Infernum proficiscuntur. Dico, ex tali Trotz cavendum est, ne Prædicantes Baptismum parvulorum, non tantùm in Cæremonijs, sed planè in substantialibus mutant, & alterent, præcipuè cum Lutherus, Brentius, Beza auditi sint, quòd illa securè fieri possint, quæ jam suprâ enarrata, & præcepta sunt, Sed satis de hoc primo puncto, volumus transire ad Cæremonias.

Mea Domina, quid in Cæremonijs Baptismi est rejiciendum, aut cavillandum, quos errores, aut quos defectus in iisdem observas?

B 2

Obste.

(a) Nicolaus Cacevinus Superintendens Lutheranicus in Vindicijs Aug. Confessionis.

Obste. Abominabiliter multos defectus nos Lutherani videmus in Cæremonijs Baptismi, nec scio à quo incipiendum est.

De Compatriatu.

Paro. Accipiamus unam post aliam, pulchrè, & ordine Cæremoniam, & elucidemus, Quid tu sentis de Compatriatu? Nam primò, & ante omnia, Christiani Parentes, Timoratos, & Christianos Compatries, qui Infantem ex Baptismo levent, conquirere consueverunt.

Obste. Cur mihi displiceret Compatriatus, de quo nostri Prædicantes multum tenent, & sunt subinde circa illum delicati, circumspecti, ne quemlibet assistere sinant, sine dubio talis Compatriatus suum habebit Præceptum, aut Exemplum in Scriptura Sacra.

Paro. Quod vos Lutherani Patrinatum retinueritis, non improbo, sed sciendum est, in Scriptura hujus nec expressum præceptum, nec exemplum extare. Nam cum Apostolis præceptum baptizandi omnes Gentes impositum est, nihil dictum est de Compatriatu, (a) sed unice ut baptizent in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

(a) Actor. 8.

Sancti. Philippus Apostolus in via baptizavit Eunuchum Candacis Reginae, Quis ibi fuit Compater? Pariformiter Sanctus Petrus (a) 3000. animarum una die baptizavit. Quales tunc fuerunt Patrini? Etiam de hoc nihil scribit Lucas.

Obste. Hoc bene observare debeo. Nam nostri Prædicantes magni Patrinatum faciunt. Interim sæpius ex Cathedra audi vi, rem quæ præceptum, aut exemplum in Scriptura non habet, non esse recipiendam, verum ut diabolicam doctrinam reprobendam. Quid igitur Compatrinatum, qui in Scriptura nec præceptum, nec exemplum habet, tanti faciunt, ut semper singularem admonitionem, & Concionem de illo habeant, & Compatres seriò hortentur verbis prolixioribus, ut incumbens sibi munus, cordi sumant.

Paro. Domina, rectè de rebus loqueris.

Obste. Unde ergò suum ortum habet Compatrinatus.

Paro. D. Simon Pauli, (b) Lutheranicus Prædicans Rostochij scribit, Compatrinatum non esse ordinatum ab Apostolis,

B 3

sed

(a) Actor. 2. (b) Simon Pauli in Epist. Domini. post Circumcisio.

sed ab uno Romano Episcopo, qui Higinus nominatus est, circa annum Christi 140 pro Auctore Compatriinatûs eundem tenet etiam Gregorius Krocerus in suo Arianò Catechismo Claudiopoli Anno 1582. edito his verbis: Higinus Papa Græcus, suo tempore Chrysmate, Compatribûsque mandavit uti, contra omne Testimonium Scripturæ Sacræ, & exempla Apostolorum Anno Christi 140.

Ego autem teneo Compatriinatum Apostolorum temporibus suum initium sumfisse, ut intelligere est ex Dionysio, Tertulliano, & Origene. (a)

Imò Origenes inducit cognationem Spiritualem apud baptismum ex Compatriinatu nasci: Nam exponens Sancti Pauli Epistolæ ad Roma. cap. 16. verba: Salutatur vos Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater cognati mei, sic scribit: Ego sentio talem cognationem ex Compatriinatu factam esse.

Obst. Quàm diù est, quòd Origenes vixit?
Paro Sunt supra 1300. Anni.

Obste. Apud nos Lutheranos nihil scitur de hac cognatione, sed securè ducit

(a) Diony. de Eccl. Hierar. c. 2. & 7. Tertul. lib. de Corona Militis. Origen. Rom. cap. ultimo.

Compater Compatriſſam, aut ipſam ſuam ſpiritualem filiam, ſi non illius matrem. Item Prædicans ſæpius contrahit Matrimonium cum illa, quam baptizavit, aut faltèm cum illius Matre.

Paroch. Vos Lutherani in pluribus partibus transgredimini Apoſtolicas Traditiones, & Conſtitutiones, ſed hoc non rectè fit. Nos verò Catholici regulamur Concilij Tridentini Decreto: quòd nimirum inter Compatres, ac Baptizatum ac baptizati Parentes, ſimiliter inter baptizatum, & baptiſtam, ac baptizati Parentes cognatio Spiritualis oriatur, quæ matrimonium impedit.

Obſte. Bene recordor, hoc etiam olim fuiſſe practicum, nam Parochi tunc baptizatorum nomina ad ſingularem librum diligenter ſoliti ſunt inferere, ut ſi cui circa talem cognationem dubium occurreret, ex tali libro illico ſolvi poſſit.

Paro. Ego omnibus meis Parochis, quos ſub meo Decanatu habeo, hoc ſeriò impoſui faciendum; quod etiam dictum Conciliũ (a) omnibus Parochis præcipit & mandat, juxta Exemplum antiquorum, qui talia accurratè exequabantur, ut Dionyſius in ſua Hierarchia c. 2. memorat.

Obste. Inveniuntur, scio, inter vestros Parochos, qui planè nihil adscribunt; vix non vellem, unum, aut duos nominare, sed hac vice non veni aliquem accusatum.

Paro Volo in proxima Visitatione rescire: si qui tali negligentia notati occurrerint, impunes non abibunt. Illud quóque prohibui, (a) ne plures, quàm unum solum Compatrem, sicut nec plures, quàm unam Commatrem tantùm, vel ad summum Compatrem unum, & unam Commatrem, ad unum infantem admittant.

Obste. Hic numerus concessus, & præscriptus Compatrum sæpius non servatur, partim in gratiam pecuniæ, & lucri, partim propter superbiam, vel commestationes, saltus, & alia similia.

Paro. Verum est, quòd hoc fiat, sed contra omnem ordinem Christianæ Ecclesiæ.

Obste. Admittitisne vos ex parte vestra, quemvis pro Compatre, aut Patrino?

Paro. Infames, amentes publicè excommunicati, meritò ad munia Compatriatus non admittuntur. Nam si pro teste, & vade, in Civilibus contractibus, non qui-

vis

(a) De Consecrat. dist. 4. Non plures Trident. Concl. Sess. 24. c. 22.

vis admittitur, multò minùs admittendus erit pro Compatre quilibet, qui in rebus Christianam Religionem, & rem Divinam Concernentibus Fidejussor, & Sponsor nominatur.

Obste. Utrum quis pro Compatre invitatus promptum se præstare debeat?

Paro. Cur non, tamen est bonum, & DEO placens opus, imò legitur, Angelos ipsos sub specie humana talia munia obijisse.

Obste. Hoc nunquam audivi.

Paro. Sophronius quondam Episcopus Constantinopolitanus scribit de hoc talem Historiam: (a) Thomas, & Theodorus Abbates, retulerunt nobis de quadam puella, quæ in Alexandria sub Patriarcha Paulo Philosophia fuit, Filia Divitum admodum Parentum, sed necdum baptizata. Hæc quadam vice ad Pomarium, quod à Parentibus suis hæreditaverat, exspatiata (uti in medio Civitatis reperiuntur Pomaria) conspexit unum laqueo se suspendere volentem, ad quem cucurrit dicens: Heus vir, quid agis? Qui respondit: Fœmina permittas me, sum totus conturbatus.

B 5

tus.

(a) *Sophron. in Prato Spirituali 2. Tomo. Bibliotheca Patrum.*

tus. Quæ iterum; Dic mihi doloris tui causam, fors te juvare potero. Hæreo, inquit ille, in magnis debitis, propter quæ à Creditoribus nimum opprimor, & affligor. Hinc proposui mihi, præstare finem semel vitæ imponere, quàm quotidie mori. Ad hoc puella, chare, tolle totum quod possideo, & solve Creditoribus, ac non inferas damnum tuæ vitæ. Fecit, ut illa imperaverat, debita omnia persolvit. Post hoc ad inopiam, & rerum omnium defectum redacta puella, constituit vitæ sustentandæ necessaria, medijs illicitis quærere. Hoc dum advertunt memorati Sancti viri, dicunt. Quis scit, nisi solus DEUS, cur per suam permissionem aliqua anima derelinquatur.

Non multò pòst in ægritudinem prolapsa, redijt ad cor; dolet de peccatis, ac desiderat ab Episcopo, ut esse possit Christiana. Sed omnes spreverunt ipsam, inquiendo, quis hanc publicam peccatricem levârit ex Baptismo; quod erat majoris ægritudinis, & afflictionis causa puellæ. In his angustijs, & anxietatibus ingressus est ad eam Angelus, in specie hominis illius, cui antehac gratiam fecerat, quem allocuta est: Ego libenter essem Christiana,

na, sed nemo intentionem meam secundare vult; Qui respondit: Visne serid? reposuit, omnino serid volo, ac rogo, ut mihi hoc impetres. Qui dixit, non solliciteris, ego aliquos huc adducam, qui tuas partes agent, & adduxit duos secum, qui similiter Angeli erant ut ipse, & accipientes puellam, portant ad Templum, ac fingunt se quosdam speciosos Domini ab aula esse. Tandem vocant Presbyterum, & Diaconum, ordinarios Ministros baptismi, qui præstò adfuerunt dicentes, volunt Charitates vestræ pro hac puella Sponsores esse, & illius loco vovere? Et responderunt, volumus, omnino. Hoc præstito, baptizant Ministri puellam albis vestitam. Tandem ubi iterum per eodem reportata fuisset ad suum locum, disparuerunt. Videntes igitur vicini in puella vestimenta alba, dixerunt, quis te baptizavit? quibus puella totam visionem, & rei seriem recensuit inquiringo: Venerunt certi viri, qui me ad Templum deportârunt, ac locuti sunt cum Ministris, ut me baptizent. Instant vicini quærendo, quinam fuerunt illi, qui te ad Templum deportârunt? Ubi puella referre nescivisset, quinam fuerint, adiverunt Episcopo.

scopum, cui omnia enarrant. Episcopus examinat illos, qui Sacramento Baptismi ministrando præfecti erant, an puellam baptizarint? Recognoverunt, Ita, ac penes memorârunt, illum, & illum Aulicum Dominum puellæ assistisse, quos Dominos statim post Episcopus ex aula advocavit, ac sciscitatus est, utrum illi puellæ Sponsores, ac Fidejussores fuerint? & dixerunt, se nullam penitus rei notitiam habere. Tandem agnovit opus à DEO factum, vocat puellam, & dicit: Filia quid boni egisti? Quid ego misera peccatrix boni agere potuissem. Iterum Episcopus, Ergò nihil egisti? Nihil aliud, inquit illa, quàm quodd unum multis debitis gravatum, & ob id se suspendere volentem, eliberaverim meis opibus, & substantiâ, quas eidem ex toto tradidi. Hoc dicto obdormivit in Domino. Episcopus autem laudavit DEUM dicendo, Justus es Domine, & rectum Judicium tuum. Hucusque Sophronius. Jam audivisti ipsos etiam Angelos Compatres in baptismo assistisse.

Obste. Pulchra Historia. Sed quod est propriè officium Compatrinorum post bapti mum?

Paro.

Puro. Tenentur suos baptismales Filios ad omne bonum hortari impellere, illis bono Christiano exemplo præire, & viam ad omnem pietatem, & virtutem monstrare, præsertim si Parentibus priventur, conari debent, ut Christiano modo educentur, rectè orare discant, articulos Fidei pulchrè ordine enumerare sciant, & totum Catechismum memoriter recitare valeant.

S. Augustinus in multis locis pulchras admonitiones habet ad Compates, signanter in Octava Paschatis Serm. 7. sic dicit: Admoneo vos chari Fratres, ut singuli Mares, & Fœminæ quæ Infantes ex Baptismo levant, agnoscant se pro iisdem DEO Fidei iustores factos, & ob id erga illos continuè curam veræ Charitatis declarare teneantur, sicut & diligenter mone-re, ut castè vivant, suam virginitatem donec nubant, conservent, linguam refrænent, non jurent, blasphement, aut pejerent, ne inverecundas, & impuras cantiones cantent, ne sint superbi, invidi, iracundi, ne observent avium garrutum, ne portent diabolicos Characteres, neque alijs appendant, veneficis artibus corruptos, quasi diaboli servos fugiant, Catho-
licam

licam Fidem discant, & servent, templum
 assiduò frequentent, ibidem sacris devotè
 sine mullatione intersint, ac ad verbum
 DEI attendant. Peregrinos recipiant, &
 sicut illis apud Baptismum dictum est, ad-
 venarum pedes lavent, cum omnibus pa-
 cem habeant, & servent, & qui ad invi-
 cem dissident, amicè componant. Presby-
 teris, & Parentibus condignum honorem
 dent ex vera charitate &c. Hucusque S.
 Augustinus. Tam multum de hoc. Jam
 aliam partem assumamus.

De Baptismali Fonte.

Paro. Quid tu tenes de Fontibus Baptis-
 malibus, qui ab antiquo in Ec-
 clesijs Parochialibus mundi, pulchri, & or-
 nati prostant, ad quos pro Baptismo In-
 fantes deportantur.

Obste. Mihi Fontes Baptismales placent,
 decentius enim est, Speciales Fontes Ba-
 ptismales habere, quàm ut vel Scaphia,
 vel alia instrumenta turpiter adhibeantur.
 Et pulchrius est etiam in Ecclesijs, quàm
 domi baptizare extra necessitatem. Nostri
 Evangelici Prædicantes habent, & servant
 ipsi in Ecclesijs suis pulchros baptismales
 fontes.

fontes. Mi Domine cur rides, fors mihi illud
ludit Reverenda Dom. Vestra?

Paro. Domina, non te rideo, sed non
possum risum continere, quod Lutherani-
cos Prædicantes Evangelicos nuncupes;
ijsdemque Ecclesias Parochiales appro-
pries, qui nullam Evangelicam venulam
in se habent, & antiquæ Parochiales Ec-
clesiæ, tam parùm pro se ædificatæ & fun-
datæ sint, quàm parùm Ovile pro Lu-
pis; sicut nec pulchra Baptisteria illi, sed
Antiqui in Ecclesijs posuerint: sed loqua-
ris tantùm ulterius.

Obste. Dixi paulò antè, & adhuc dico
Lutheranicos Prædicantes, qui apud nos
Evangelici vocantur, hucúsque habere or-
natissima Baptisteria. Sine dubio aliquid
de hoc in Verbo DEI sonabit?

Paro. In Scriptura de hoc nihil est, ex-
cepto quod Paulus dicit: Ut omnia hone-
stè & ordinatè inter fideles procedant.
Negari autem non potest, quòd aliqui Præ-
dicantes satis luridè in simili passu se ge-
rant. Signanter, Calvinistici, Anabaptisti-
ci, qui Baptisteria in Ecclesijs dehonestant,
ac ejiciunt, ac solùm ex simplici olla, aut
operculo, sub patulo Cælo baptizant, cui
rei Martinus Lutherus magnam ansam, &
argu.

mentum præbuit sequentibus verbis: Dico (ait Lutherus) (a) adhuc bonum esset propter talem errorem extirpandum, ut semel omnes in toto Orbe Ecclesiæ everterentur, & in Communibus Domibus, vel sub aperto Cœlo prædicaretur; oraretur; & rerum Christianarum cursus perageretur &c. Ex hoc secutus est omnis contemptus, & vilipensio Baptisteriorum. Sicut nostro ævo Anno 1579. Quidam Hæreticus Auriga (b) in Kôrpen, prope Coloniam; ad Baptistarium ventrem expurgavit, sed non multò post in pœnam delicti, percussus est à DEO cœcitate.

Obste. Habebantur ne etiam ante 1000. Annos in Templis pulchra Baptistaria?

Paro. Ita; Constantinus Primus Imperator Christianus Romæ Baptistarium erexit ex lapide rubro marmoreo, intrinsecus & extrinsecus optimo argento circumdatum, in cuius medio situata est (c) Columna similiter marmorea, cum Fiala aurea; in operculo autem Fontis Agnelus aureus, ex quo aqua manat, ad dextram illius est Salvator noster totus ex argen-

(a) Luth. in Postilla Eccles. ad Epist. Festi S. Stephani. (b) Bredenbach lib. 7. cap. 51. (c) Damascus in vita Sylvestri.

argento, ad sinistram S. Joannes Baptista etiam ex argento, tenens hanc inscriptionem: Ecce Agnus DEI, qui tollit peccata mundi &c. Item septem Argentei aquam spargentes Cervi, & alia. Mentionem quoque baptisteriorum (a) S. Ambrosius facit. S. similiter Gregorius in quadam Epistola ad Episcopum Secundinum, Et vetustius libellus de revelatione Capitis S. Joannis Baptistæ. Sic conqueritur S. Athanasius (b) contra aliquos, qui ex instinctu Arrianorum Baptisteria, & suppellectilem sacram, injecto igne vastârunt. Socrates, & Sophronius (c) describunt pulchra miracula, quæ apud Baptisteria contigerunt.

Et Evagrius (d) indicat, in quanto honore Baptisteria antiquitus fuerint, non tantum apud fideles, sed etiam apud Barbaras Gentes. Jam habes Chara Domina, amplum de Baptisterijs Testimonium à mille, & aliquot centenis annis. Et certò nos quotidie hæc Baptisteria admonere possent, quòd per Baptismum peccato mortui

C

(a) *Ambr. Epist. 33. ad Martellum. Greg. lib. 2. Epistol. Epist.* (b) *Athan. Tom. 2. ad ubiq; Otto. Socrat. lib. 7. c. 4. & 17.* (c) *Sophon. in Prato Spirituali 2. Tom. B. blio. Patrum. Evagrius lib. 2. cap. 8.*

tui simus, & novi homines nati, ac sic etiam vivamus, ut eadem gaudenter aspicere audeamus, ne nos suo tempore acculerent.

De Benedictione Fontis Baptismalis.

Obste. **B**aptisteria non faciunt mihi cogitationem; sed quòd aqua baptismalis circa Pascha, & Pentecosten in iisdem benedicatur, scandalizantur nostri. An fors non quævis aqua apta est ad baptismum? An non sunt omnia à DEO benedicta?

Paro. In necessitate quævis aqua Naturalis valet pro Baptismo, sit illa fluida, aut stagnans; sed extra necessitatem decentius est, propriam, & ad hoc deputatam aquam habere, quàm ex quavis sordida scaturigine, aut instrumento accipere. Quòd autem benedici non deberet, quia DEUS primo creationis tempore omnia benedixit, nihil facit ad rem, estque unum invalidum argumentum.

Obste. Quare?

Paro. Ideo, quia sequeretur, quòd nec ad mensam super cibo, & potu benedictio deberet dici,

Obste. Nos nostras proles diligenter asvefaci-

facimus ad Benedicite ante, & ad Gratias post mensam.

Paro. Quomodo autem orant?

Obste. Domine Deus, cœlestis Pater, benedic nos, & hæc tua Dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi, Per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Paro. Quare petunt vestræ Proles in hac oratione, ut Deus Pater cœlestis, non tantum nos, sed etiam totum, quod comestibile, & bibibile proponitur, puta carnem, pisces, ova, panem, vinum, aquam &c. benedicat, cum omnes Creaturæ propriori benedictæ sunt?

Obste. Reverenda Dignitas Vestra bene mihi obviat; ad propositum nihil possum respondere. Maritus meus qui utcunque senex est, solum benedictum vinum bibit, ex quo multoties inebriatur. Et certè rarior in admirationem, quòd nostri Lutherani nihili aestiment benedictiones, cum tamen vinum, quod unus alteri propinat, diligenter, & devotè, ad ipsum cor planè benedicant; imò non rarò super talibus Benedictionibus contentiones, & rixæ excitantur.

Paro. Sanctus Paulus bene scivit, omnes creaturas primo creationis suæ tempore,

re, fuisse rectè à Deo benedictas, Scribit ta-
 men Tim. 1. c. 4. Omnes Creaturas per
 Verbum DEI, & orationem benedici, sicut &
 apud Fontem baptismalè nihil aliud, quàm
 Verbum DEI, & pulchræ ex Ecclesiæ præ-
 scripto orationes à Presbytero pronunciantur.
 Nam tunc inducitur (a) ex libris
 Moyfi, de Spiritu, qui super aquas fere-
 batur; (b) De Fonte in medio Paradisi,
 qui in quatuor fluvios diffunditur; (c) De
 Diluvio tempore Noë, in quo deprava-
 tum Genus humanum submersum est; De
 aquis amaris, in quas Moyses lignum pro-
 jecit; Et de aqua, quam Moyses ex petra
 mirabiliter manare fecit; quod totum Fi-
 gura fuit baptismi non obscura. Ulteriùs
 inducitur ex Psal. 45. de flumine, quod
 lætificat Civitatem DEI; (d) De Jordane,
 in quo Joannes baptizavit Christum. (e)
 Tandem de aqua, quæ in Cana Galileæ in vi-
 num mutata est; (f) De aqua supra quam
 Christus ambulavit; (g) Et de aqua quæ
 cum sanguine de latere ipsius in ara Cru-
 cis profluxit &c.

Obste. Potèstne ex, & cum Sanctis Pa-
 tribus, qui ante 1000. annos, vel plures,
 vixe-

(a) Gen. 1. (b) Gen. 7. (c) Exod. 15. 16. (d)
 Jo. 2. (e) Matth. 3. (f) Matth. 14. (g) Jo. 19.

vixerunt, confirmari, quod similis benedictio Fontis in usu tunc fuerit?

Paro. Egregiè, & ad rem Basilius Magnus describit benedictionem Fontis, & Traditiones, Statuta, ac Ordinem, ab Apostolis descendentia. Sic memorat Dionysius, de benedictione Fontis Baptismalis, cum invocatione Divina, factionibus Crucum, & infusionibus Chrysmatis. Similiter de benedictione baptismi scribit S. Ambrosius. Item S. Augustinus, & Antiquissimus Martyr Cyprianus, & Tertullianus, ac S. Hieronymus.

Basil. lib. de Spiritu S. c. 27. Dionys. cap. 2. Eccl.

Hierar. Ambro. lib. 2. de Sacr. c. 25. & in libro de ijs qui mysterijs inicianur c. 3.

Aug. Hom. 27. lib. 50. & Tract. 118. supra Evang. Joan. & cont. Jul. lib. 6. c. 8.

Cypr. lib. 1. Ep. 12. ad Januar. & c. Tertull. c. 4. de Baptif. Hieron. Ep. 75. ad Oceanum.

Talem Benedictionem Fontis Baptismalis DEUS omnipotens uno innegabili, & aperto signo confirmavit, quod ego enarrabo per omnia, ut à Victore Uticensi ante 1200. annos descriptum est in libro, (a) de majori persecutione, & Tyrannide

C 3

quam

(a) *Victor. Uticen. de Persecutio. Wandalsca.*

quam duo Arriani Reges, Geisericus, & Hunericus, in sinu suorum Arrianorum Prædicantium contra Catholicos in Africa exercuerunt. In eodem libro inter alia memorat, principio dictæ Persecutionis Dominum DEUM per suum fidelem servum Eugenium Episcopum Carthaginiensem, magnum miraculum fecisse, quod nimirum Carthagine unus bene notus cæcus vir fuerit, Fœlix nomine, cui noctu Christus apparuit dicens: Expergiscere, & vade ad servum meum Eugenium Episcopum Carthaginiensem, & dicito illi, quod ego te miserim, ut illâ horâ quâ benedicet Fontem baptismalem, te more Christiano baptizet, ea occasione tanget oculos tuos, qui aperientur, & videbunt lumen. Audita hac voce Cæcus, nonnihil perterritus est, tamen apud se cogitans solum somnium esse, iterum se deposuit ad quietem. Eandem audit vocem secundò, sed nec se movit. Tandem tertio sibi seribè dici audiens surgit, puerum qui se manu ducere solebat, excitat, & ad Templum S. Fausti ut poterat, properat, ubi peregrinum Diaconum quendam lachrymantibus oculis rogavit, ut se apud Episcopum insinuet, cui vellet secreti aliquid

liquid intimare. Admissus in conspectum
 Episcopi Eugenij Cæcus, totum ordine
 narravit, quicquid in somno audiverat.
 Hoc facto dicit Episcopo: non recedam à
 te, nisi mihi visum, ut Dominus tibi im-
 peravit, restitueris. Cui Eugenius, abi à
 me Frater; homo peccator sum, & indi-
 gnissimus omnium peccatorum. Sed Cæcus
 non sivit se repelli, imò ad pedes ejus
 procidit, quos amplexando fortiter te-
 nuit, ac instantiam suam repetebat prio-
 ribus verbis. Tandem Episcopus, consi-
 deratâ hominis Cæci in instando pro vi-
 su sibi restituendo constantiâ, & aliun-
 de aderat tempus benedicendi fontem
 baptismalem, permittit secum Cæcum
 unâ cum Clero ad Baptisterium abire,
 quò dum ventum fuisset, Episcopus flexis
 genibus orationibus suis peractis, ac Fon-
 te benedicto, ad Cæcum dixit: Jam tibi
 pro priori dixi mi Frater Fœlix, quidd
 homo peccator sim, sed qui te visitare, &
 tibi apparere dignatus est, ille tibi digne-
 tur etiam gratiam juxta fidem tuam præ-
 stare, ut tui oculi aperiantur.

Post hoc Cæco signavit signo Sanctæ
 Crucis oculos, & illico Dei gratiâ aperti
 sunt, & factus est videns, qui quóque de-

inde baptizatus est. Signum hoc multitudo innumera populi spectavit, qui unus alterum in Templo vix non opprimebant, volendo quivis Fœlicis proximus esse. Factum hoc in tota Carthagine divulgatum est, ac etiam Hunerico Regi Arriano innotuit, qui Fœlicem ad se accersiri fecit, quem circa omnia, quæ illi ante- & in ipsa visûs recuperatione acciderant, diligenter examinavit. Ipsi autem Arriani Prædicantes contra hoc miraculum, quod DEUS Carthagine per Eugenium Catholicum Episcopum in hoc Cœco fecerat, nihil aliud dicere sciebant, quàm, quòd Eugenius hoc per maleficia operatus sit.

Obste. In rei veritate planè modò cogitavi, id ipsum nostros Prædicantes de hoc miraculo dicturos. Ego Interim ex parte mea libenter habeo, & cum appetitu percepi.

Paro. Unus, idémque Diabolus est, qui Arrianos, & Lutheranos Prædicantes impellit, & equitat, quid igitur mirum, quòd uno, eodémque sermone, ac linguâ utantur. DEUS convertat ipsos. Nos interim Nostrum confidentem discursum continuabimus, & jam de Exorcismo, qui

qui apud Baptismum fieri consuevit, ad invicem colloquemur.

Obste. Sum contenta, præprimis tamen libenter duo scirem. Primum, cur Fontes Baptismales circa Pascha, & Pentecosten benedicuntur, & Paschalis Cereus cum quinque granis Thuris in iisdem intingitur? Secundum, cur Baptizandus non statim ad ipsam Portam Templi ducatur, ac statuatur?

Paro. Ecclesia per id vult significare, quòd Mors, & Resurrectio Christi, cum gratia Spiritûs Sancti in Baptismate operentur, sicut & Cereus Christum cum quinque apparentibus vulneribus, prout post suam Passionem, cum uno novo lumine, & glorioso corpore resurrexit, pulchrè denotat. Ideo antiquitus præcipuè circa Pascha, & Pentecosten, Neophitos, & Catechumenos mos erat baptizandi, ut (a) Tertullianus, Ambrosius, Basilius, Hierony. & alij Patres testantur. Illud autem, quòd Baptizandus ante Portam templi prius ducatur, & statuatur, designat, quòd

C 5

quòd

(a) *Tertull. lib. de Bapt. c. 19. Ambros. de Myst. Paschal. Basil. homil. exhortator ad Baptif. Hierony. ad Pammach.*

quòd per Originale peccatum sit exclusus, & procul à Regno DEI, cui per baptismum propingvus, & templum DEI vivi, & hæres Regni Christi efficitur.

Obste. Habeo satis in hac responsione, jam pergat Dominatio Vestra ulteriùs

De Exorcismo.

Paro. Quid tu de Exorcismo tenes?

Obste. Omnia bene, cum & ipse Lutherus in suo libello de Baptismo, qui adjungitur parvo Catechismo, Baptistæ Exorcismos præscribat, ut nimirum dicat: Exi ab eo immunde Spiritus, & da locum Spiritui Sancto Paraclito. Item: Exorcizo te immunde Spiritus, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, ut exeas, & recedas ab hoc Famulo JESU Christi.

Hæc verba toties à nostris Prædicantibus audiui, ut planè memoriter sciam, de beo autem penes etiam illud recognoscere, quòd multi Prædicantes à certo tempore non ampliùs apud Baptismum talibus Exorcismis utantur, sed non possum scire quare, ea de causa, sæpius quærendo cum iisdem in disgustum veni.

Paro.

Paro. Tu non es prima ex Lutheranis, cui abrogatio Exorcismorum à Prædicantibus facta displicet.

Audi Christophorum Fischer Lutheranicum Prædicantem conquerentem super hoc: (a) Multi (inquit ille) qui adhuc Evangelici esse volunt, propendent paulatim in Calvinismum, etiam abrogant ipsa festa Christi, sunt singulares, & per consequens irregulares. Sicut omnes singulares sunt irregulares. Soli volunt esse prudentes, & singularem modum præ alijs reformatis, & bene constitutis Ecclesijs incipere. Suam imprudentiam produnt, & paulatim appropinquant Calvinismo: Jam per abrogationem Festorum, jam per cessationem ab Exorcismis, qui tamen tempore Tertulliani, ut ejusdem libri attestantur, in Christiana Ecclesia in usu fuerunt. Hi, multos homines scandalizant, hoc modo, & continget ipsis, quod suo tempore damnatam quòq; Zvinglij doctrinam libenter amplectentur.

Merito deberent tales debiliùm Conscientias respicere, & cum sua immatura

Cœcità-

(a) *Christop. Fischer in Præf. ad Postil. de Expositione Præcipuorum Festorum.*

Cœcitate, post collem manere. Hucusque nominatus Fischer.

Audi ulterius, quid Simon Pauli (a) Superintendens Rostochiensis de hoc scribat; Consuetum est (inquit ille) etiam Exorcismos Baptismo adjungi, quod ideo attestante Sancto Augustino fit, cum homines omnes, licet non corporaliter, tamen spiritualiter Diaboli habitaculum sint, ideo per Exorcismum effectuat, ut in Domo, quam diabolus in sua potestate habet, non amplius dominetur, sed exeundo Spiritui Sancto cedat, cujus templum baptizatus sit, ac esse debeat in perpetuum. Luc. xi. Servator noster dicit: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa ejus arma aufert, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuit. Sed multi inveniuntur, quorum pars exorcismo adversantur, pars autem planè abrogârunt.

Ego autem dico; Exorcismum in se nihil mali continere, si bene intelligatur, quia & ipse Lutherus, non sine causa apud
baptif-

(a) *Simon Pauli super Epist. Dominica post Circumcisionem Domini.*

baptismum eundem permisit, & simul suo Catechismo inseruit.

Vide, quomodò hi duo Prædicantes super abrogatione Exorcismorù conqueruntur. Plurium Prædicantium, & Scriptorum Lutheristicorum Testimonia de Exorcismo brevitatis Causa prætereo. Imò Justus Menius Apologiam, seu defensionem Exorcismi scriptò publicavit.

Obste. Me ipsam pudet, quòd nostri Prædicantes ita sint unus contra alterum, qui, quod unus bonum nominat, & laudat, illud rejicit alter, & damnat. Unum modò audivi, ad quod antehàc ego simplex fœmina non attendi, nimirum omissionem Exorcismorum, Czvinglianorum, & Calvinisticorum deliria sapere. Jam etiam bene intelligo, nos Lutheranos insensibiliter deflectere in inquietum Calvinisticum Mare, & dum opinamur nos bonos Prædicantes habere Lutheranicos, illi sunt Calvinistæ, optarem ut illos &c. &c.

Paro. Quid vis loqui, dicito palàm.

Obste. Sum irata, hinc parum defuit, quòd non devoverim Diabolo Prædicantes omnes Lutheranicos.

Paro. Non sic, quin potiùs ora, & precare, ut DEUS ipsos convertat, & salvet.

Vifne propriè fcire, cur Diabolus inten-
dat, & conetur, ut Exorcifmi tollantur?
Detegam rationem, & ob Oculos ponam.

Exorcifmus nihil eft aliud, quàm res,
mediante qua (a) Inimico falutis humani
generis, (b) Sathanæ, ingens cordolium
caufatur; nam per illum ferio à Sacerdote
increpatur, (c) uti ab ipfo Chrifto incre-
patus eft. Item per Exorcifmum contem-
ptus Diaboli, & è contra honor DEI, &
eiusdem Filij Jefu Chrifti, ac Spiritûs S.
quæritur, & præ tenditur, ac penès enerva-
tio, ac debilitatio, virium, & potentia, fi-
cut, & destructio Regni ejus, per virtu-
tem illius, qui venturus eft judicare vivos,
& mortuos, & sæculum per ignem, ex-
optatur. Imponitur ipfi quòque, ut à crea-
tura ad Imaginem DEI formata illico re-
cedat, quatenus fine impedimento omni,
per fontem baptifmatis mundetur, à vin-
culis peccatorum folvatur, ac Templum,
& habitatio Sancti Spiritûs, ex Filio Dia-
boli, Filus DEI, & Cohæres Chrifli, ex Fi-
lio iræ, Filius gratiæ, ex Filio damnatio-
nis æternæ, Filius vitæ, ac falutis æternæ
fiat, & fit.

Item ut malus Spiritus, cum baptiza-
to, ni-

(a) Matth. 17. (b) Marci 1. (c) Luca 4.

to nihil ampliùs ad agendum, prætendendum, alloquendum, vel Juris habeat, sed totaliter ab illo discedere debeat.

Hæc, & plura alia in se continet Exorcismus. An putas omnia hæc Diabolo esse grata? Putas Diabolum talibus Exorcismis non esse offensissimum? Putas Diabolum non laborare, ut per sua Instrumenta (puta Prædicantes) tales Exorcismi tollantur, & penitus abrogentur.

Obste. Mi Domine, si fieri potest, & non esset V. R. Dignitati tædiolus, aut grave, tunc libenter aliquot verba audirem, quæ in Exorcismis adhibentur.

Paro. Ex corde libenter; illam eandem planè oratiunculam, quam ipse Luther (a) è latino, in germanicum transtulit, volo prælegere:

Ergò maledicte Diabole, recognosce sententiam tuam, da honorem Deo vivo, & vero, da honorem JESU Christo, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc famulo DEI N. quem DEUS, & Dominus noster JESUS Christus, ad suam sanctam gratiam, fontémque baptismatis vocare dignatus est. Et hoc signum sanctæ Crucis ✝. quod in
fronte

(a) Luther. in libello de Baptismo Wittenbergæ 1523. impresso.

fronte ejus damus, tu maledicte Diabole, nunquam audeas violare. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Exorcizo te immunde Spiritus, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, ut exeas, & recedas ab hoc famulo DEI, ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dextram porrexit. Hæc sunt seria verba, quæ in Exorcismo solent adhiberi.

Obste. Nihil plûs miror modò, quàm quòd Diabolus non possit, aut nolit pati Exorcismum; & verè esset Stultus, si talia fulmina, ac fulgura, contra se pateretur. Mi DEUS, quàm seria, & horribilia sunt verba hæc! quomodò potest quis bonâ Conscientiâ, per liberam omissionem Exorcismi, pauperculos infantes, hac ardenti, forti, & virtuosa precatiuncula spoliare.

Paro. Puto, quòd ideo post baptismum tam malè hominibus succedat, & expulso hospiti antiqvum hospitium ità facile iterum præparent, quia Baptistæ aut planè nihil, vel verò non seriò apud baptismum pro ijsdem orant. Ea de causa, Lutherus

in me-

in memorati libelli, de Baptismo, & Exorcismo Præfatione, sic scribit: Rogo ex syn-
 ceritate Christiana eos, qui baptizant, vel
 levant, aut præsentés adstant, sumant sibi
 cordi hoc eximium opus, & magnam se-
 ricitatem, quam in se complectitur. Et au-
 dis in verbis precatiónis, quàm lamenta-
 biliter, & serió Christiana Ecclesia infantu-
 lum præsentet, verbis constantibus, ac in-
 dubijs, coram DEO confitendo esse à Dia-
 bolo obsessum, filiúmque peccati, & iræ,
 ac diligenter imploret auxilium, ac grati-
 am per baptismú, ut Filius DEI esse possit,
 ideo cogita, non esse jocum cum diabolo
 agere, ac eundem non tantúm ab infantu-
 lo pellere, sed etiam infantulum toto vi-
 tæ suæ tempore, tam potenti hoste oppres-
 sum relinquere. Sit proinde necessum mi-
 sero infantulo, ex toto corde, & magna
 fide assistere, devotissimè orare, ut DEUS
 intuitu istius orationis, non tantúm de
 potestate diaboli eum liberet, sed etiam
 confirmet, ut in vita, & morte adversus
 ipsum viriliter subsistere queat. Non fru-
 stra hominibus post baptismum tam malè
 succedit, quia nimirum circa eosdem vel
 frigidè, & negligenter actum, aut non serió
 pro illis oratum est in baptismo. Tam
 D mul,

multum Lutherus : & hæc Præfatio invenitur etiam in parvo Catechismo :

Obste. Jam libenter de hoc audirem Testimonia, ex S. Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus.

Paro. Sunt sufficientia, quæ ego tam paratus sum enumerare, quàm audire.

Dionysius nominat (a) Exorcismum apud Baptismum Sanctam Orationem. Simeon Thessalonicensis Archiepiscopus scribit : (b) Exorcismum esse orationem, quæ diabolum pellit, & in omnibus suis operibus eum mortificat.

Gregorius Nazianzenus (c) ante 1200. annos, dat ad intelligendum, certo suo tempore longiores exorcismos apud baptismum adhibitos, quàm nunc, ideo baptizandum ad pœnitentiam hortatur, & nec tedium super baptismo habeat.

S. Augustinus vocat Exorcismum ab antiquo tractam, & firmiter tentam Consuetudinem, aut Ecclesiæ traditionem. Epi. 105. ad Sixtum Romanum Presbyterum, lib. de Gratia DEI, & peccato Origi. c. 40. & lib.

(a) Dionys. Eccl. Hier. 2. parte 2. (b) Simeon in lib. de Myst. Eccle. (c) Nazianz. in Orat. 3. in Lavacrum.

& lib. 2. de Nupt. & Concupi. c. 29. Optatus, (a) Cyprianus, Tertullianus similiter mentionem faciunt Exorcismorum apud Baptismum. Omitto plures alios Doctores, & Patres, tum Græcos, tum Latinos.

De Ex- & Insufflatione.

Obste. **D**Ebentne fieri in Baptismo insufflationes, & quid illæ denotant?

Paro. De hoc scribit (b) Simon Pauli Superintendens Rostochiensis. In faciem Infantum (inquit ille) qui baptizandi sunt, insufflatur in Testimonium, & significationem, quod Regeneratio fiat per Spiritum Sanctum. Nam sicut Christus Dominus post suam Resurrectionem per Exsufflationem Discipulis suis Spiritum Sanctum dedit, ita per Exsufflationem denotatur, quod per Spiritum Sanctum, qui in Baptismo datur, Imago DEI, ad quam homo in principio creatus est, renovetur. Prout enim homo in Creatione per id imago DEI effectus est, quia DEUS ei inspiravit spiraculum vitæ, similiter per Spiritum

D 2

ritum

(a) Optatus lib. 4. Cyprian. Epist. ad Quirintinum. Tertull. de Præscript. cap. 41. (b) Simon Pauli super Epist. Dominic. & post Circumcisione.

ritum Sanctum, qui in baptismo datur, Imago DEI per originale peccatum destructa, iterum renovatur. Colof. 3. Expoliantes vos veterem hominem, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem ejus, qui creavit illum. Tam multum Simon Pauli.

Obste. O quam pulchrè differit hic Lutheranicus Prædicans de insufflatione! ideo apparet mihi ed rarior, quod alij Prædicantes, ex hac pulchra Cæremonia contemptum, & risum faciant. Probaret & modò aliquis Prædicantium flare supra Infantem, quod talis & sibilaretur, & exsistularetur ut Stultus.

Paro. Tam pulchra concordia, & uniformitas invenitur inter vos Lutheranos: erravi, Discordia, quia quod unus laudat, alter illud damnat, & quod unus propria, & in Scripturis fundata Cæremonia tenet, hoc est alteri stultitia, & abominatio.

Obste. Meminerunt antiqui Doctores In, & Exsufflationum apud Baptisma?

Paro. Sine dubio. S. Augustinus hanc cæremoniam annumerat antiquissimis Ecclesiæ Cæremonijs, & vocat Traditionem. S. Chrysostronus scribit hanc Cæremoniam,

am,

am, non tantum in uno loco, sed ubique per totam quæ latissimè patet Christianitatem, in continuo, & uniformi usu fuisse. *Augustinus lib. 2. de Nupt. & Concup. c. 17. 18. Chrysof. hom. de Adam & Eva.*

Cælestinus clarè scribit: (a) Quod S. DEI Ecclesia, apud, & cum baptizandis, in toto Mundo uniformiter facit, non est despicendum, sed in animum inducendum & amplectendum. Quòd nimirum, parvi infantes, & adulti si ad Sacramentum Regenerationis veniant, non prius baptizentur, & ad fontem vitæ admittantur, quàm immundus Spiritus per Exorcismum, & insufflationem ab illis per Spirituales ejiciatur.

S. Augustinus asserit dignum esse, qui huic Cæremoniæ contradicit, ut de tota terra extirpetur, & effletur. Ulterius scribit, Hæc Cæremoniâ significari, qualiter Princeps hujus Mundi fit pulsus, & infans per baptismum de Regno, & potestate diaboli ereptus, & in Regnum Christi transpositus sit.

Si non foret longum, possem de hac Cæremonia inducere S. Dionysium, S. Cyrillum, Secundum Oecumenicum Constantin.

(a) *Cælestinus 1. Epist. c. 12.*

stantinopolitanum Concilium, quod erat
adversus Macedonios, & plurima alia
Testimonia Priscæ Christianitatis *Dionys.*
Eccles. Hierar. c. 2. p. 2. Cyril. Catech. Mystag.
Concil. Constant. c. 7.

De Sale.

Obste. Quid agit Presbyter cum Sale,
quem Infanti ad linguam ponit?

Paro. Ego bene scio, quòd parva parti-
cula salis, quâ Catholicus Presbyter in-
fantis linguam tangit, admodum mordeat
Lutheranorum oculos. Sed & hanc Cæ-
remoniam ad omnium contentationem
declarabo, & proponam.

Obste. Magnas gratias dico V. Rev. Di-
gnitati, quòd in gratiam mei tanta subeat
fastidia, libenter audiam, ut erudiar.

Paro. Cur non deberem facere, est enim
meum officium, & vocatio, indoctos
docere, & informare. (a) Tamen Chri-
stus per se non difficultabat unicæ tan-
tummodò Mulierculæ apud puteum lon-
gam concionem facere.

Obste. Bene; si & ego deinde tam mul-
tis animabus ansam, & occasionem præsta-
re pos-

(a) *Joan. 4.*

re possem, sicut illa Samaritana foemina
 causa fuit, quod tota Civitas Samaria ad
 agnitionem venerit veram.

Paro. Vos foeminae multa possetis, si res
 vestras aliter disponeretis. Quid deno-
 tat Sal, ipsa verba secum ferunt, quae Sa-
 cerdos in hac Caremonia pronunciat: Ni-
 mirum accipe *Salem Sapientia*, ut habeas
 vitam aeternam. Dominus sit tecum, Et
 cum Spiritu tuo. Ubi clarè intelligitur,
 quod Christiana Ecclesia, nihil aliud per
 Salem velit intelligere, quam Christus ipse
 his verbis: Habete inter vos Salem, Ha-
 bete inter vos pacem. *Marc. 9.* Hic duo
 insinuat Christus: Salem scilicet, & Pacem.
 Per Salem intelligit prudentiam, per pa-
 cem autem Fraternali charitatem, & unio-
 nem; similiter Sacerdos haec duo memo-
 rat apud baptismum; Accipe inquit Sa-
 lem Sapientiae. Quam pulchrè verba Sa-
 cerdotis, cum verbis Christi concordant,
 considera.

Obste. Quid debet intelligi per Sapien-
 tiam?

Paro. Primò intelligitur ipse Christus
 DEI Filius, quem Sanctus Paulus (a) no-
 minat Sapientiam DEI, qui factus est no-

(a) 1. Corinth. 1.

bis à DEO Sapiencia , & Iustitia, & Sanctificatio , & Redemptio. Hunc precatur Presbyter baptizando , quem per baptismum induimus , ut nunc memoratus S. Paulus his verbis intimat : Quicunque baptizati estis , Christum induistis.

Secundò. Per Spiritualem Salem Sapienciæ intelligitur Cœlestis Sapiencia , de qua S. Iacobus scribit , in sua Canonica 3. c. quæ autem de fursum est Sapiencia , primum quidem pudica est , deinde pacifica , modesta , svadibilis , bonis consentiens , plena misericordiâ , & fructibus bonis.

Tertidò , Spiritualis Sal Sapienciæ est Nobilis virtus discretionis , rationis , prudentiæque Christianæ , quâ nos Fideles in omnibus actionibus , & omissionibus , præprimis autem in Sermone uti debemus ;
 (a) Quia sicut DEUS in lege veteri , nullum holocaustum sine Sale habere voluit ,
 (b) (ut ipse Christus hoc allegat sic) etiam nullû opus vult sibi placitum sine Sale Sapienciæ , Discretionis , Christianæ moderationis , & prudentiæ , maximè autem lingua nostra sit salta , id est rationabilis , & prudens in sermone , secundum S. Pauli admonitionem *Colof. 4.* Sermo vester semper in gra-

(a) *Levit. 2.* - (b) *Marci 9.*

tales Cæremonias contemnant. Sed quæ-
so unum, dicat mihi meus Dominus, an
non etiam Lutherani multis annis Salem
adhibuerint apud baptisma infantium?

Paro. Maximè, ipse Lutherus hanc Cæ-
remoniam omnibus Parochis præscribit.
Hic (dicit Lutherus) imponat Salem ad os
infantis, & dicat: Accipe Salem Sapien-
tiæ, Propitiatio fit tibi in vitam æternam.
Amen. Pax tecum. Hoc etiam Agenda
in Brandeburgico Ducatu Anno 1540.
publicata habet, ubi sic stat: Accipe Sa-
lem Sapientiæ, ut in Christo JESU Domi-
no nostro habeas vitam æternam.

Oremus.

DEUS Patrum nostrorum, DEUS uni-
versæ Conditor veritatis, te supplices
exoramus, ut hunc Famulum tuum respi-
cere digneris, & hoc primum pabulum
Salis gustantem, non diutius esurire
permittas, quò minùs cibo Cœlesti ex-
pleatur, quatenùs fit semper Spiritu fer-
vens, spe gaudens, tuo semper nomini
serviens. Perduc eum Domine, quæsumus
ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum
fidelibus tuis promissionum tuarum æter-
na præ-

na præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Hanc ipsam Cæremoniam invenies de verbo ad verbum in Agenda Domini Othonis Henrici Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariæ Ducis Anno 1543. Impressa Norimbergæ.

De hoc scribunt Wittembergenses Theologi, sic enim se nominant in libro suo cui Titulus: Bericht von Interimtischem Händeln/ his verbis: Hic (inquiunt illi) debemus nos breviter reflectere, quod usus Salis apud Baptismum in Ecclesia Wittembergæ tempore Lutheri manserit, & primò anno non pridem evoluto 48. reiectus sit.

Obste. Mi Domine, non est tam rectum cor, quod non redderetur impatiens, & non scandalizaretur super tali inconstantia, & mutabilitate Lutheranicum Prædicantium, qui quod multis annis extollebant, & magni æstimârunt, illud iterum tractu temporis abjiciunt, & damnant quasi rem non Christianam. Quid hoc esse debeat? Ipsa ego super hoc irascor, & exasperor.

Paroch. Tales aërei galli sunt vestri Prædicant-

dicantes. Jam volumus etiam antiquorum Doctorum audire Testimonia de Sale apud Baptismum.

Hujus Cæremoniæ meminerunt cum pulchra expositione, (a) Rabanus Archiepiscopus Moguntinus ante 700. annos, Beda Presbyter in Anglia ante 800. annos.

Isidorus Archiepiscopus in Hispania ante 900. annos.

Carthagiensè Concilium Tertium, cui S. Augustinus interfuit ante 1100. annos. Canon. 3.

S. Augustinus ante 1100. annos Lib. 1. Confess. c. 11.

S. Ambrosius ante 1200. annos. In 22. cap. Lucæ.

Origenes ante 1300. annos infinuat (b) Ezechielis Textum: In die ortûs tui non est præcisus Umbilicus, & aqua non est lota in salutem, nec Sale salita, nec involuti pannis.

Et valde pulchrè exponit de Baptismo, & Catechumenis; signanter autem salem mirum in modum doctrinaliter exponit.

De

(a) Lib. 1. de Instit. Cleric. c. 27. In 1. Regum c. 27. lib. 2. de Eccle. offic. c. 20. (b) Homil. 6. in Ezechielem.

De Cinere, & Sputo.

Obste. **N**on ampliùs in futurum abominabor Salem; sed nostri Lutheranici Prædicantes, multùm rident, & contemnunt Cinerem, & Sputum, quo Sacerdos utrùmque auris, & narium foramen infantis tangere consuevit. Etiam de hoc libenter informarer?

Paro. Chara Domina, Prædicantium, & eorum sequacium risus non debet tibi rarus apparere, in quibus impleta est Prophetia, (a) de illusoribus, qui venient diebus ultimis. Si hi Socij interfuissent curationi surdi, & muti, aut illius cœci hominis, ubi Christus similes Cæremonias adhibuit, sinè dubio planè ità risissent, & se gessissent, sicuti modò, dixissentque, (b) quid necessum erat, quòd Dominus circa aures miseri illius hominis tantum egerit? (c) Cur exspuerit? Cur sputo linguam tetigerit? Cur suspexerit in cœlum? Cur ingemuerit? Cur dixerit Epheta, quod est adaperire? Cur fecerit ex pulvere, & sputo lutum, quo linivit oculos? Ad quid est sputum? Ad quid lutum? Quid profuit linire? An non potuit Dominus hunc miserum

(a) 1. Petri 3. (b) Marci 7. (c) Joan. 9.

serum hominem sine sputo, sine cinere, sine luto, sine linitione, sanitati restituere? Quæ hæc est stultitia? Ecce, si ipsa Divina Sapientia ab his filiis hominum, & illuloribus se debuisset regi sinere, quid mirum, quodd nobis Antiquæ Ecclesiæ Sacerdotibus simile quid accidat. (1) Non est servus major Domino suo, & Discipulus non est supra Magistrum.

Obste. Sed objiciunt, quodd apud Baptismum nullus cæcus videns efficiatur, nulli vinculum linguæ resolvatur, nulli surdo auditus restituatur; ergd alia ratio est cum Christo, & alia cum Sacerdote, qui homo peccator est?

Paro. Quid aliud est non Baptizatus homo, ac verè cæcus, mutus, surdus, miser homo, & omnes qui de muliere nascimur in hunc mundum, internam cæcitate, cum surditate, & obmutescencia, ac similibus alijs defectibus habemus. Nam per Originale peccatum destructionem, & interitum patiuntur omnes sensus, & potentia animæ, neque juvari aliter possumus, quàm sancto Baptismo, & Sacramento regenerationis, quod nostros oculos illuminat, aures aperit, & vinculum linguæ spiri-

(a) Luca 6.

Spiritualiter solvit. Ad tale inexplicabile lamentum, & damnum peccati Originalis, & similiter ad virtutem baptismi declarandam, Ecclesia vix non talibus utitur cæremonijs apud Baptismum, qualibus Christus in Curatione suprâ memorati cæci, item surdi, & muti, usus est.

Quod autem ulteriùs proponitur, Sacerdotem nimirum esse hominem peccatorem, hoc aliunde scitur; tamen talis etiam repræsentat Personam Christi, agendo, & baptizando non in suo, sed in Nomine Christi, cujus officium gerit, & peragit. Igitur qui illud deridet, & contemnit, is contemnit, & deridet ipsum Christum.

Obste. Quid antiqui scripserunt de hac Cæremonia?

Paro. Ex multis unum inducam S. Ambrosium, sic de hoc scribentem. (a) Quid igitur die Sabbati egimus, de Arcano apertionis tractatum est, dum Sacerdos tuas aures, & nasum tetigit, sicut noster Dominus Jesus Christus in Evangelio dat ad intelligendum occasione surdi, & muti, qui ad se est adductus, cujus aures, & os tetigit. Aures quidem ideo quia surdus, & os

(a) *Lib. de Sacramentis c. 8.*

& os, quia mutus fuit, insuper etiam dixit Epheta, quod est adaperire. Ergò Sacerdos tetigit tuas aures, ut apertæ stent sermoni, & concioni Sacerdotis, &c. Quare autem foramina Narium; ut odorem æternæ Beatitudinis percipias, & cum Apostolo dicas: (a) Christi bonus odor sumus DEO, & ut in te inveniatur plenarius, & perfectus odor fidei, & pietatis. Hucusque S. Ambrosius.

Quis posset veriùs has Cæremonias exponere, quàm expositæ sunt à Viro inæstimabili S. Ambrosio ante 1200. annos.

Ergò per Contactum aurium non aliud designatur, quàm, quòd per baptismum aures animæ hominis aperiantur, ad avidius percipiendas Divinas promissiones, Inspirationem, Mandata, & Adhortationes, & ad distingvendam vocem Pastoris, à voce Mercenarij. Tanguntur foramina Narium, ut aperta stent odori salutari, veræ agnitionis Fidei, & Beatitudinis percipiendæ.

Brevitatis Causâ prætereo, quod Nominatus Doctor, in alio loco de hac Cæremonia scribit. Inducendo Evangel. Marci 7.

(a) 2. Corinth. 2. (b) Ambrosius lib. de ijs qui initiantur myst. cap. 12.

ci 7. de Curatione Muti, & Surdi, quod ipsum etiam facit Venerabilis Beda *Hom. 19. in Evang. de Surdo, & Muto.*

Obste. Jam pro priori dixi, & dico adhuc, quod quod diutius, ed minùs intelligam nostros Prædicantes. Quia si quis adhibet Cæremonias, quæ non sunt expressæ in Scriptura, sunt pessimè contenti. Si autem utitur aliquis Cæremonijs in Scriptura expressis, & literaliter fundatis, iterùm ipsis non placet. Ut ergò illis aliquando sapiat, qualiter coquendum? Ego credo, quod nec Lutherus has Cæremonias rejecerit.

Paro. In Germanico libello de Baptismo Wittembergæ Anno 1523, impresso, suis Prædicantibus hanc præscribit Formulam:

Deinde accipiat digito Sputum, & tangat illo dextram auriculam, & dicat: Etheta; quod est, adaperire.

Ad Nares, & sinistram auriculam:

Tu autem effugare Diabole, appropinquat enim Regnum DEI.

Obste. Præsumeret aliquis Prædicantium sic baptizare modò, credo gravissima hominum Judicia, ac fors impunis etiam non evaderet.

Paro. Unum adhuc silentio præterire non possum ex Sancto Ambrosio (a) de his Cæremonijs: quòd nimirum is apud illud lutum, & cineres, fragilitatis, & mortalitatis humanæ velit recordari, quòd ex luto, & pulvere creati, nihil aliud, quàm pulvis, & cinis simus, tandem in cineres, & pulveres revertendi. An non est hæc pia, & fructuosa consideratio apud baptismum, occasione luti, & sputi.

Obste. Valde bene mi Domine, sed longè aliud negotium est nobis Lutheranicis Fœminis. Nam si cineres apud baptismum conspicimus, tunc non fragilitatem, & mortalitatem humanam, sed magis, an fors lotio institui possit, aut vestes ad macerandum imponi, cogitamus.

Paro. Pergas tantùm illudendo. Veniet tempus, quòd tibi in sinum defluent tales illusiones, ubi veneris ad fluvium, (b) aut stagnum, quod ab igne & sulphure ardet, ibi habebis satis ad lavandum, purgandum, & macerandum.

Obste. Talia stagna, & fluvios quantum fieri potest vitabo, convertendo me, & pœnitentiam agendo.

(a) *Lib. 3. de Sacram. c. 2.*

(b) *Apoc. 21.*

De Signo Sanctæ Crucis.

Paro. Omnino tibi consultum est. Sed progrediamur ulterius: Quid tu tenes de Signo Sanctæ Crucis, quo infans sapius in Baptismo à Sacerdote signatur?

Obste. Ab Infantia semper multum: sed nostri Prædicantes non tantum apud Baptismum, sed alibi etiam Cruces abrogârunt. Nunc jam pudet hominem in publico Crucem facere. Imò audivi unam Lutheranicam Dominam, tantum ideo servilem puellam amandavisse, quòd semel fecisset Crucem supra infantem in cunis, ut citius obdormiat.

Paroch. Posset meritò quis exclamare cum S. Martyre Polycarpo: O mitissime DEUS, in quæ nos tempora reservâsti! Olim dicebatur: Diabolus fugit Crucem, nunc autem auditur, & videtur, quòd non tantum Diabolus sed & Lutherani. Olim ridebant Christianos propter Signum Crucis Judæi, Ethnici, & Mahometani. Sicut & Cyrillus de (a) Juliano Imperatore Apostata scribit, qui Christianos talibus verbis vexabat: O miseri homines, qui Crucis imaginem in fronte, & domibus sa-

(a) Cyril. lib. 6. contra Julian.

citis! &c. Nunc autem has vexas exercent, qui pro summis Evangelicis haberi volunt, & tales se esse gloriantur.

Hucusque à temporibus Apostolorum nîl usitatus fuit apud Christianos, quàm signum Sanctæ Crucis, tam in administratione Sacramentorum, quàm aliàs, ut ex subsequentibus testimonijs luce meridiana clariùs apparet.

Tertullianus habet, (a) Toties, quoties intramus, aut eximus, induimur, aut exuimur, lavamur, aut ad mensam imus, lumen accendimus, aut decumbimus, sedemus, aut quid aliud facimus, tunc signemus semper frontem nostram signo Sanctæ Crucis.

Basilii Magni testatur, consuetudinem signandi se signo Sanctæ Crucis, ab Apostolis tractam, & ubique eomunem fuisse apud fideles, *de Spiritu Sancto cap. 27.*

Chrysostomus: (b) Si regeneramur, adest Crux Christi, si Sanctissimo Epulo reficimur, si ad Sacerdotium ordinamur, hoc signum semper, & ubique est apud nos.

Item: (c) Pulchrè instruite proles vestras, ut suam frontem Cruce signare sciant,

(a) *De Corona Militis.* (b) *Hom. 55. in Matth.* (c) *Hom. 12. in 1. Corin. 4.*

sciant, & priusquam ipsæ hoc possint, vos facite.

Item. Signum ubique invenitur apud Principes, & subditos, (a) apud fœminas, & viros, apud juvenes, & innuptas, apud servos, & liberos, semper illi se signantes in præcipuo membro. Nam in nostra fronte quovis die, quasi in una Columna sit: sic apparet in sacra Ara, in ordinatione Sacerdotis, ita iterum penes Corpus Christi in Cœna plenum est mysterijs. Homo videt, quòd Crux hæc locetur in Domibus, in vijs, collibus, & vallibus, in mari, navibus, insulis, in lectis, vestibus, armis, & dormitorijs, in convivijs, & aureis instrumentis, in pretiosis lapidibus, in picturis, & muris, in corporibus irrationalium animalium si malè valeant, in corporibus obsessorum à Dæmone, in bello, & pace, de die, & nocte.

Item. Depingitur in parietibus domuum, in cacuminibus, in libris, in civitatibus, & villis, in locis habitabilibus, & inhabitabilibus.

Hieronymus (b) instruit Virginem Eustochium, ut Signum Sanctæ Crucis, ante

E 3

se

(a) *Adversus Gentiles, quòd Christus sit Deus.* (b) *Hieron. Ep. 12.*

se manibus faciat, toties, quoties aliquid aget. Scribit etiam in caput 9. Ezechiel. Signum quo Angelus omnium dolentium, & suspirantium frontem signavit, fuisse Crucem, & quoddam ultima litera in hebraico alphabeto primitus, in forma Crucis scribebatur, quod etiam Tertullianus (a) attestatur.

S. Augustinus. Per signum Crucis corpus Domini consecratur, Fons Baptismatis Sanctificatur, Sacerdotes benedicuntur, & omne quod sanctificatur, per hoc signum Crucis (b) cum invocatione Nominis Christi benedicuntur.

Item. Si quis signum Crucis in fronte fidelium non faceret, (c) vel apud aquam, per quam fit regeneratio, vel apud oleum, & Chrisma, quo unguuntur, vel apud offeritorium quo nutriuntur, non adhiberet, tunc nihil modo decenti perageretur. Sic fatetur S. Augustinus pro sua persona, se à conceptionis suæ tempore, signo Sanctæ Crucis signatum fuisse.

Quid jam dicis ad hæc valida testimonia?

(a) Tertull. lib. 3. adversus Marcionem Serm. 181. de Tempore. (b) Tractatu 118. in 19. Joann. (c) Lib. 1. Confess. cap. 11.

Obste.

Obste. Quid diu deberem locui: Denique nos Lutherani in his, ac alijs Articulis à 1500. annis Ecclesiæ, turpiter defecimus, & sumus Judæis, Paganis, Turcis, & alijs Crucis Christi inimicis pares, non autem veris Christianis. Deus misereatur nostri. Oculi mei suffunduntur, & præ nimio dolore, non possum continere fletum.

Paro. Vos Lutherani, quod concernit signum Crucis, à vestro proprio Catechismo parvo, & libello de Baptismo recessistis. Nam in Catechismo præscribit Lutherus Patribus-familias, qualiter suam familiam instruere debeant, manè, & vespere signo Sanctæ Crucis se signare. Et in libro de Baptismo præscribit Lutherus Parochis, ut in Baptismo Infantibus, in fronte, & pectore crucem faciant, & dicant: accipe signum Crucis in fronte, & in corde. Item cum Baptista dicit: Adjuro te in nomine Spiritus, in Nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus Sancti †; ut faciat tres Cruces. Nónne stat hoc in vestro Catechismo?

Obste. Omnino ità stat. Sed in Lutherismo nec proles, nec familia docentur fa-

cere Crucem. Ità etiam Prædicantes apud Baptisma totaliter planè illam omittunt, apellantes Magiam, Sycophantiam, stultizationem, &c.

Paro. Utì Filius DEI Crucifixus Judæis scandalum, & Paganis stultitia fuit, ut Paulus scribit: (a) sic etiam nostris novis Judæis, & Paganis, signum Crucifixi debet esse scandalum, & stultitia. (b) Sed faciant, quod volunt ex illo, tamen in magno die Judicij, dum Filius hominis in Nubibus ad judicandum venerit vivos, & mortuos, signum illud ipsum præcedens, & apparens videbunt. Prout tam Græci, quàm Latini Doctores, per signum Filij hominis de quo apud Matth. 24. scriptum est, signum dignissimæ Crucis intelligunt, & exponunt.

Obste. Quid propriè in memoriam revocat signum Sanctæ Crucis?

Paro. Illud, quodd nos in Baptismo, sanguine Crucis vexillo, Ducis Crucifixi Christi, adscribi permiserimus, ut sub eo pugnemus adversus omnes inimicos, qui sunt: Peccatum, Caro, Mundus, Dæmon.

Secun-

(a) 1. Corinth. 1. (b) Chryf. hom. 55. in 16. cap. Matth. Hom. 77. in 24. cap. Matth. Theophyl. Euthymius Hierony. in 24. cap. Matth.

Secundò, ut per Crucem, & Passionem Christi, hic remissionem peccatorum, & Justitiam, ibi autem gloriam sempiternam, gaudium, & beatitudinem certò consequamur.

Tertiò. Ut nihil aliud sciamus, quàm Christum, (a) & nostram gloriam, spem, & securitatem, non alibi, quàm sub Cruce Domini locemus, ut S. Paulus 1. Cor. 2. scribit. Nihil arbitratus sum me scire, quàm solum Jesum, & hunc Crucifixum. Item Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini JESU Christi. *ad Ephes. 6.*

Quartò. Ut Crucem Christi, & suum Jugum, (b) ab adolescentia assumamus, & in omni patientia, & abnegatione sui, omnibus diebus vitæ nostræ ipsum sequendo, portemus.

Quintò. Dum Diabolus, ille infernalis canis hoc signum videt, recordetur (c) Davidici baculi, quo ipsius caput contritum, & conquassatum est. Proinde meritò horret signum istud. Ad hoc nos reflectimus, & ideo tam frequenter nos signamus signo Sanctæ Crucis, cum invocatione Divini Nominis; quâ ratione monstramus

E s

mus

(a) 1. Corinth. 2. (b) Luca 9. (c) 1. Regum

mus Sathanico latranti catenato cani
semper hunc rectum baculum. Sed satis de
hoc.

Obste. Inter omnes Cæremonias Baptis-
mi, hæc vel maximè omni tempore mi-
hi placuit.

De Abrenunciatione.

Paro **P**Ræcipuos Sanctos Doctores sinam
de hoc loqui.

Dionysius Episcopus vertit baptizan-
dum meridiem versùs, vel occidentem
versùs manibus expansis, & imperat, ut
ter contra Sathanam fiet, & illud totum,
quod ad abrenunciationem pertinet, aper-
tè peragat, cui consveta, & usitata ver-
ba Abrenunciationis præleguntur, quæ
dum baptizandus etiam ter post bapti-
stam pronuntiavit, vertit ipsum orien-
tem versùs &c. *In Eccles. Hierarch. cap. 1.*

Tertullianus. (a) Dum ad Baptistarium
ire volumus, ibi, & paulò antè in Tem-
plo confitemur coram Episcopo, quòd re-
nunciemus Diabolo, ejus superbix, & an-
gelis.

S. Cy-

(a) *Tertul. De Corona Militis, cap. 3.*

S. Cyprianus. Ubi baptizati sumus, mundo abrenunciavimus. (a)

Ex S. Basilio, (b) & Ephrem. Est apertum, quòd baptizatus dixerit: Abrenuncio tibi Sathana, & omnibus tuis Angelis, & operibus.

Ambrosius. Dum te Sacerdos interrogavit: Abrenuncias Diabolo, & omnibus ejus operibus? Quid Respondisti? Abrenuncio. Abrenuncias Mundo, & omnibus delicijs? quid respondisti? Abrenuncio. Si ità, nunquam obliviscaris verborum, ac votorum tuorum. Si cui Chyrographum dedisti, & levas pecuniam, teneris, & obligaris solvere, & si nolles, probat, ac cogit te apud Judicem proprium tuum Chyrographum. Jam autem cogita, ubi, & cui spondisti, vidisti Levitam, ille autem est Servus Christi, vidisti eum servientem ad Altare. Hinc scito, tuum Chyrographum non in Terra, sed in Cœlis asservari.

S. Augustinus. (c) Abrenunciemus Diabolo, ejus Angelis, & omni ejus pompæ. Videte dilectissimi, qualiter hanc confessionem ad domum Angelorum portatis:

No.

(a) Epist. 7. (b) Basil. de Spiritu S. Cap. 11. Ephrem de Pœnitentia cap. 11. (c) Augustin. lib. 2. de Symb. de Catech. c. 1.

Nomina sic contententium, in libro vitæ scribuntur, non ab homine, sed à suprema Cœli virtute.

Item. Diaboli potestas verè, & non tantùm commentitio modo in Infantibus adjuratur, (a) & illi abrenunciant ei, illorum ore, & corde, à quibus ad Baptismum adpòrtantur, cùm suo proprio ore, & corde, ob ætatis maturioris defectum, non possint, ut de potestate tenebrarum erepti, in Regnum sui Domini transponantur.

Profitemini vos Diabolo renunciâsse, (b) in qua professione publica, quam non homines, sed DEUS, & ejus Angeli consignârunt, dixistis: Abrenuncio. Jam non ahrenuncies tantùm verbo, sed etiam moribus; non tantùm linguâ, sed & vitâ, non tantùm ore, sed etiam opere. Scire debetis, quòd vobis cum uno fallaci inimico sit pugnandum. Non permittite, ut peracta abrenunciatione, in vobis sua videat opera. Non permittite, ut vos Jure in suam pertrahat servitutem. Nam Christianus apprehendêris, & confundêris, si aliter cum eo procedes, & alium te præstabis. Egregiè in Titulo, &

nomi-

(a) August. de Nuptijs & Concupisc. lib. 1. c. 10. (b) August. lib. 4. in Symb. eod. Catech. c. 10.

nomine gloriaris, sed alium te in opere exhibes, neque creditum, nec Fidem servas. Quid tuâ interest Pompa diaboli, cui semel abrenunciâsti? Quid habes ad imperandum cum pompa Diaboli tu amator Christi &c?

S. Chrysoſtomus. Hæc vox: Diabole, abrenuncio tibi, est fœdus cum Domino DEO. Et sicut quærimus, dum servum conducimus, utrùm velit servire? sic facit etiam Christus, dum te ad sua servitia suscipit. Interrogat te priùs, utrùm velis abominabili, & immiti Diabolo renunciare, primò deinde te ad vota suscipit.

Item. Reflectas te ad vocem, quam edidisti, dum baptizabaris. Abrenuncio tibi Sathana, & tuis pompis, & tuis servijs. Insensata desideria, quæ in ornatu vestium habes, nihil aliud sunt, quàm pompa Diaboli, nam non accepisti aurum ad corpus tuum vinculandum, & onerandum, sed ad liberandos, & intertenendos pauperes. Dicitis proinde sine dilatione: Abrenuncio tibi Diabole. Neque est quid securius hac voce, si eam quis etiam opere contestetur &c. Et post paululum: Illud dicamus: abrenuncio tibi Diabole, & sinas nos, sicut in illo die rationem dare debe-

debeamus, vocem hanc custodire, sicut con-
creditum bonum, & depositum integrum,
& non vitiatum iterum reddamus.

¶ Sicut nemo vestrum sine calceis, & ve-
stibus ad forum, aut plateam exit, ita si-
ne hoc verbo non exi unquam ad plateam,
sed dum lumen portæ transire vis, dic prius
hoc verbum: abrenuncio tibi Diabole, &
tenebo tecum Christe. Sine hac voce non
exi foras, hoc verbum sit tuus Scipio, tu-
us clipeus, & inexpugnabile propugna-
culum; Penes hoc verbum fac etiam Cru-
cem in fronte; sic in via, nec homo, nec
diabolus tibi nocere poterit.

S. Gregorius. Die Baptismi promissimus,
omnibus antiqui inimici operibus abrenun-
ciare, ideo quivis eò convertat oculos,
& conatum, ut post teneat, quod prius
laudavit, ac gratuletur, quòd certus sit,
se esse in fide.

Cyrellus. In principio ambulastis in
porticu Domus, in quo Baptisterium est,
ubi vos situastis occidentem versus, &
audistis, quid expansa manu dictum sit
vobis, ut nimirum Diabolo quasi præsens
adesset, renunciatis. Et audis, quòd ma-
nus intimatione, uti præsenti dicatur: Ab-
renun-

renuncio tibi Sathana; & statim post in-
 frueris, quomodò alia pars abrenuncia-
 tionis sit adhibenda: Abrenuncio tuis o-
 mnibus operibus; ac post dicis: & omni tuæ
 pompæ; item: & omni tuo cultui. Post-
 quam jam Sathanæ abrenunciasti, & o-
 mnia ab ipso facta vincula rescidisti, stat
 tibi Paradisus apertus, qui ad orientem
 plantatus est. Et in hujus testificationem,
 vertis te ab Occidente ad Orientem.

Obste. O quàm egregiè antiqui Patres
 loquuntur de abrenunciatione Diaboli,
 & operum ejus!

Paro. Sed dicam aliquid novi.

Obste. Quid?

Paro. Lutheranici Prædicantes incipiunt
 abolere modò etiam abrenunciationem,
 de Calvinisticis nullum est dubium, quòd
 non amplius in Baptismo renuncient dia-
 bolo, hos sequuntur recentes aliqui Lu-
 theranici Prædicantes, ut mihi honorati
 viri Nobiles, & alij cordialiter sunt con-
 questi; quòd nonnulli Prædicantes, nul-
 lam abrenunciationem à Compatribus lo-
 co infantium ampliùs exposcant, sed de il-
 la taceant.

Obste. Deus avertat! qualiter hoc fieri
 posset?

Paro.

Paro. Qualiter hoc fieri posset? Hoc in passu Prædicantes se cum Diabolo univerunt, & consociârunt, ideo cogitant se Fraternaliter, & vicinaliter erga illum declarare, ac ab omnibus contrarijs illi scriptis, dictis, & negotijs totaliter in futurum abstinere.

Obste. Reflecto me modò, quòd fuerim apud aliquod baptismata, in quibus nulla mentio facta est abrenunciationis, hoc multùm non curavi, putando fieri id ex oblivione, aut inadvertentia.

Paro. Ideo crede mihi Domina, abrenunciationes, non casualiter, sed ex composito, & voluntariè omitti à Prædicantibus.

Obste. Jam meritò possunt in Inferno salutum instituere, quòd suas res, tam procul per Prædicantes promoverint, ut in Baptismo illis non ampliùs renunciandum sit; quis putâset, quòd eò venietur. Modò audio, quòd non sit tantùm Disputatio de Sale, Cinere, Sputo, Oleo, Chrysmate, sed utrùm quis, apud baptismata, diabolo, & angelis ejus, sicut & operibus abrenunciare debeat? Hoc in dubium sumitur; quid suo tempore adhuc ex nobis erit? quis rerum exitus? Facile contin-

get,

get, quòd quis sub specie Evangelij nobis
 suadebit, ut Diabolo Tributarij simus;
 cum morte intelligentiam, & cum Infer-
 no foedus faciamus. Certè modò talis non
 Christiana, & crudà vita in mundo duci-
 tur, quasi non tantùm abrenunciâsemus
 in Baptismo Diabolo, sed eidem nos de-
 vovissemus, & jurâsemus. Nónne hoc
 commiseratione est dignum? sed de hoc
 nihil volo ampliùs audire. ascendit enim
 bilis. Reverenda Dignit. Vestra dignetur
 in elucidatione Cæremoniarum progredi,
 & aliud punctum assumere.

De Evangelio.

Paro. **A** pud Baptisma legitur etiam pul-
 chrum Evangelium.

Obste. Quale?

Paro. In illo tempore, oblati sunt JESU
 parvuli, ut eis manus imponeret, & o-
 raret, Discipuli autem increpabant eos. JE-
 SUS verò ait illis. Sinite parvulos, & no-
 lite eos prohibere ad me venire. Talium
 est enim Regnum Cœlorum, & cùm im-
 posuisset eis manus, abiit inde.

Obste. Tale Evangelium apud Baptisma
 etiam nostri Prædicantes legunt.

Paro. Bene scio, quòd legant, hoc & Calvinistici faciunt; sed unde hanc Cæremoniam acceperunt? ubi est Præceptum DEI de hoc? ubi hujus exempli in Scriptura? ubi manet ipforum nullius momenti, & putridum fundamentum: nimirum id esse opus hominis, proveniens a Diabolo, quod non est expressum præceptum, aut exemplum in Scriptura? ubi præcipit Scriptura, ut memoratum Evangelium legatur apud Baptisma? qualiter probabitur, quòd tale Evangelium in primitiva Ecclesia, ac post deinde apud Baptismum aliquando prælectum sit?

Sed dicendum erit, hoc ordinavisse Romanam Catholicam Ecclesiam, quam Sectæ pro Antichristiana proclamant; à qua tamen hanc partem didicerunt, & emendicârunt, quod est alienis plumis, & ornatu se decorare; nam quod illi soli excoGITANT, nec saporem, nec succum, nec formam, nec speciem habet.

Obste. Cur rectè hoc Evangelium, & non aliud legitur apud Baptisma?

Paro. Hoc Evangelium de parvulis, quos non vult prohibere ad se venire, quia ipforum est Regnum Cœlorum, adhibetur in confusionem omnium novorum, &

antiquorū baptisimi Infantium contempto-
rum, & abnegatorum, qui negando, & sub-
trahendo Infantibus baptismum, omnem
aditum ad Christum, & ejus regnum præ-
cludunt.

Obste. Qui sunt illi Antiqui Baptisimi
parvolorum abnegatores, & contempto-
res, quia modernos Anabaptistas bene an-
tea novi?

Paro. Certò ante 400. annos Infantū
Baptismum oppugnavit, aut negavit Bruis
magnus Hæresiarcha, qui etiam publicè
docuit, ne ulla templa ædificentur, sed
ædificata etiam demoliantur. Sitque tam
bonum orare in popina, quàm in Tem-
plo, in foro, aut platea, ut in Templo, in
culina, aut porcorum hara, ut ante aram.
Item nullâ viâ esse Corpus, & Sanguinem
Christi in Sacramento Altaris. Item de-
functis Fidelibus Christi, nec Orationem,
nec Eleemosynam, aut aliud bonum opus
prodesse. Item Imagines Crucifixi esse
confringendas. Hæc quinque scribit Abbas
Cluniacensis Petrus, de dicto Hæresiar-
cha. *Ep. 1. de Petrobrustianis.*

Hunc Christiani ubi ex Zelo combussif-
cent, ausus est quidam, nomine Henricus,

nunc enumeratos Articulos, ac Sententias augere pluribus &c.

S. Bernardus scribit (a) de Petrobrustianis, & Henricianis, ac alijs hæc verba: Contemplemini Oblocutores, & Detractores. Aspiciate Canes, qui nos rident, quod parvulos baptizemus, pro Defunctis oremus, & ad Sanctorum Invocationem confugiamus. Præsertim autem Henricum delineat suis vivis coloribus, & dicit: Illum esse (b) verum mancipium ventris, vel Prædicatorem ventris, Luforem, Meretricarium, Adulterum, Monachum Apostatam.

Obste. Sûntne hi modernorum Anabaptistarum Prædecesores? tunc non habent ansam multum gloriandi. Unum dico mi Domine, an hoc Evangelium de parvulis propter Anabaptistas legi consueverit, cum nihil expressè in eo de parvulorum Baptismo inveniatur? libenter unam claram, indisputabilem, & expressam litteram de parvulorum baptismo habere.

Paro. Viro modesto sufficere posset textus

(a) S. Bernardus supra Cant. hom. 66.

(b) S. Bernard. Epist. 240. ad Comitum Hildefonsum,

tus Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum DEI. Sed Lutherani, & Calvinistæ subvertunt hunc Textum. Brentius trahit ad Pœnitentiam. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto. Id est. (a) Nisi quis pœnitentiam egerit; ideo pœnitentia est necessarissima, & utilissima. Hoc Brentius. Jacobus Andreæ sub conditione discurret. (b) Calvinus bene rotundè scribit, quòd illi, qui putant in hoc loco fieri mentionem Baptismi, se decipiant, & errent. Lutherus ait: Christus docet Joan. 3. Quòd regeneratio, id est occisio carnis, sit vera Justificatio. Sed de hoc puncto non vacat agere nunc, id unicum sufficiat, quòd parvulorù Baptismus semper pro Apostolica Traditione, & Statuto sit habitus.

S. Dionysius scribit: Placuit Apostolis, quos ille Divinos Præceptores nominat, parvulorum Baptismum permittere. *Eccl. Hier. c. 7.*

Origenes. Ecclesia ab Apostolis incepit, ut etiam parvulis Baptismus detur. *In c. 6. Ep. ad Rom. Et homil. 8. in Levit.*

F 3

S. Au-

(a) Schmidel. in Refutat. lib. 4. Hosij. (b) Calv. lib. 4. c. 16. Sect. 25. Luth. in Concilio Dominica Trinit.

S. Augustinus. (a) Consuetudo Matris nostræ Ecclesiæ cum Baptismo parvulorum non contemnatur, aut pro non necessaria habeatur, sed pro Apostolica Traditione servetur.

Meritò etiam Parvulorum Baptismum approbant. *S. Irenæus lib. 2. c. 39. S. Cyprianus Ep. 59. & libr. de Lapsis. Cyrillus Hierosolym. Cathech. Mystago: 1. Athanasius Quest. 124. Gregor. Nazianz. Orat. 3. in S. Lavacrum. Chrysost. hom. ad Neophytos hom. 9. in Genes. & in Psal. 14. Ambros. Ep 84. Et lib. 2. de Abraham. c. 11. S. Hieronym. lib. 3. Dialogo contra Pelagi. S. Gregorius Mag. lib. 4. Dial. c. 18. Concil. Milevitanum Can. 2.*

Ipse Lutherus potenter defendit, (b) nos parvulorum Baptismum ab Apostolis accepisse. Similiter Melancton (c) scribit: Dicunt Anabaptistæ (inquit ille) non stare expressè in Scriptura, ut parvuli baptizentur, ad quod argumentum respondeo, & dico: Universalis consensus Ecclesiæ omnium Temporum, & Testimonium, quodd

(a) *S. Aug. lib. 10. de Gen. ad literam c. 23. Et lib. 4. de Baptismo parvulorum. (b) Luther. ad DD. Parochos de Anabaptismo. (c) Philip. in l. cis Commu. Num. 41.*

quodd hæc sit ordinatio Apostolica. Hæc producta Testimonia possent nobis sufficere mea Domina, licet planè nullus clarus, & expressus locus in Sacra Scriptura esset, de quo ego hæc vice disputare non volo.

Obste. Audio bene pergere V. R. Dignitatis Negotium; sed inde non obscure colligo, vos nobis velle Apostolicas Traditiones collo injicere.

Paro. Nec putes aliud. Audi quid scribat S. Paulus. (a) Itaque stete Fratres, tene Traditiones, quas didicistis, sive per Sermonem, sive per Epistolam nostram. In quæ verba sic scribit S. Chrysoströmus: Apostoli non omnia scripta nobis reliquerunt, sed multa, sine scripto. Verum unum est ita credendum, sicut aliud. Huc collimat etiam S. Epiphanius (b) his verbis: SS. Apostoli, aliqua scripto, aliqua sine scripto, quod traditio est, ad nos transmiserunt. Redeamus iterum ad Cæremonias Baptismi.

Mos est etiam apud Baptismum Professionem fidei à Parvulo exposcere: Credis in DEUM Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ? Hoc Sacerdos prima

F 4

vice

(a) 2. Thes. 2. (b) Epiph. hæresi. 61.

vice interrogat. Secunda vice: Credis in JESUM Christum, Filium ejus Unigenitum, Dominum nostrum, natum, & pas- lum?

Credis etiam in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, & vitam æternam Amen? Sic tertio interrogat. Ad hæc Baptizandus, aut Compater loco Baptizandi respondet: Credo.

Obste. Hæc est valde pulchra Cæremonia.

Paro. Per quam declaratur Catholicam Ecclesiam, nunquam antehac (ut aliqui sine fundamento asserbant) in solis operibus, sed etiam in Fide, fidelium salutem constituisse. Cum nullus hominum sit Baptizatus, à quo talis fidei professio præ- tensa non fuisset, ut videre est in omnibus Catholicis Agendis.

De hac publica Confessione, & triplici diversa interrogatione facit mentio- nem Dionysius c. 2. & 7. *Hier. Eccl.*

Scribit Cyprianus. (a) Interrogatio quæ fit in Baptismo, significat veritatem. Nam cum

(a) *Cypr. lib. 1. Epist. 12. Secundum Pamela Epist. 70.*

cùm dicimus: credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per Ecclesiam? illum habet sensum, quòd remissio peccatorum solùm fiat in Ecclesia.

Cyrillus Hierosolymitanus: Tunc admonitus es, ut dicas: Credo in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

S. Ambrosius. (a) Dum interrogabaris: Credis in Deum Patrem omnipotentem? ad hoc respondebas: Credo. Interrogabaris secundò: Credis in JESUM Christum, & in ejus Crucem? respondisti: Credo. Tertidò interrogatus es: Credis in Spiritum S. respondisti: Credo.

Hilarius. (b) Qui veniunt ad Baptismum, prius profitentur, quòd credant in Filium, in ejus Passionem, & Resurrectionem. Epiphanius. (c) Expostulat Nicenum Symbolum à Baptizandis, Cyrillus Alexandrinus (d) scribit. Hinc Ecclesia Regulam sumpsit illos, qui Baptizandi sunt, ter interrogare, ut tali terna professione inter fideles connumerentur. Harum Interrogationum mentionem etiam faciunt

F 5

S. Hie-

(a) Ambrosius lib. 2. de Sacram. (b) Hilar. c. 15. in Matth. (c) Epiphanius lib. Anchorat. (d) Cyrillus Alexand. lib. 12. in Joan. cap. 64.

S. Hieronymus, Tertullianus, & Clemens.

(a) Igitur est certum tempore Augustini, & Leonis, baptizandum omnes articulos Fidei ordine profiteri debuisse.

Hanc triplicem Interrogationem, & responsionem reperire est, & in Lutheranico parvo libello baptismali, excepto quodd nono capite Fidei Christianæ Verbum *Catholica* malitiosè omittatur.

Postea dicat: (inquit Lutherus) Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ? Resp. Ità. Credis in JESUM Christum Filium ejus unigenitum Dominum nostrum, conceptum de Spiritu Sancto, Natum ex Maria Virgine, Crucifixum, mortuum, & sepultum, qui resurrexit à mortuis, sedet ad Dexteram Patris, & venturus est, judicare vivos, & mortuos? Resp. Ità.

Credis in Spiritum Sanctum, unam Sanctam Christianam Ecclesiam, Communionem Sanctorum, remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, & post mortem vitam æternam? Resp. Ità

Hic

(a) Hierony. contra Luci. Tertull. de Corona militis. Clemens lib. 7. Apost. Constit. c. 41. Augustin. lib. 8. Conf. n. 2. Leo Epist. contra Eutichi. Concil. Chalce, Act. 2.

Hic iterum cadit putatitium ipforum fundamentum, ut nimirum nihil aliud credatur, nisi sit in Scriptura præceptum, aut exemplum expressè.

Ubi præcepit Christus, ut apud Baptisma de 12. Articulis, Symbolo Apostolorum comprehensis ordine quæratur, & respondeatur apud Baptisma, cum nec adhuc fuerit tum temporis, quo Baptismus institutus est, Symbolum Apostolorum ab Apostolis Compillatum: sed nec exemplum hujus est legere in Scriptura, ut similis interrogatio circa unum baptizandum apud baptisma aliquando contigisset?

Obste. Tamen (aliud mihi rectè est) Philippus Apostolus, illum Candacis Reginae Eunuchum, prius de Fide interrogavit, & dein baptizavit?

Paro. Verum est: Sed Scriptura non memorat, an ipsum ter, ordine de articulo ad articulum interrogârit, ut modò fit, sed solùm Philippus dixit: Credisne ex (a) toto corde, tunc potes baptizari. Ad hoc respondit Eunuchus: Credo JESUM esse Filium DEI. Ultrò de alijs Articulis Fidei an quæsitus sit, nihil extat scriptum. Ideo

(a) *Actorum 8.*

Ideo S. Augustinus (a) super hoc sic scribit: Eunuchus quem Philippus baptizavit, nihil plus dixit, quàm credo, quòd JESUS Christus sit Filius DEI. Et in tali Confessione statim baptizatus est. Ergò ideo homines nihil amplius dicere debent, sed illico ad Baptismum admittendi. Ergò ideo baptizando nihil est proponendum, aut interrogandus de Spiritu Sancto, nihil de Sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum, nihil de JESU Christo, an sit DEI Filius, nihil de ejus Incarnatione, nihil de ejus ex Virgine Nativitate, nihil de Passione, Cruce, Morte, Sepultura, Resurrectione tertia die, Ascensione, & Sessione ad Dexteram Patris &c?

De Catechismo.

ALiunde notum est, adultos Baptizandos, usu rationis pollentes, tempore Apostolorum, & post, sufficienter ante Baptismum in Christiana Doctrina semper fuisse instructos, (b) ut Christus præceperat,

(a) *August. de Fide, & Operib. c. 9. & 11.*

(b) *Matth. 28.*

perat, tales prius Catechizandos, & primo dein baptizandos. Sic S. Petrus, (a) prius Concionem fecit de donis Spiritus S. de Adventu Christi, Passione, Descensu ad Inferos, Resurrectione, Ascensione, & post conclusit: Agite pœnitentiam, & quis permittat se baptizari in remissionem suorum peccatorum,

Etiam in Domo Cornelij Centurionis de præcipuis Fidei nostræ Capitibus Exhortationem fecit, priusquam illi qui congregati erant baptizati fuissent.

De hac Consuetudine loquitur S. Paulus. (b) Communicet autem is, qui Catechizatur verbo, ei qui Catechizat se in omnibus bonis. Officium baptizandos Catechizandi, & informandi diligenter obiverunt in Alexandrina Ecclesia Heracles, Pantenus, Clemens, Origenes. (c) In Hierosolymitana, Cyrillus. In Antiochena, Evodius, Ignatius, Theophylactus, Hero. In Atheniensi, Quadratus, Aristides. In Africana, Augustinus. Mediolani, Ambrosius. Constantinopoli, Chrysostomus.

A tali

(a) *Marcii* 16. *Actor.* 2. *Actor.* 10. (b) *Galat.* 6. (c) *Cypri.* *Ep.* 15. *Tertull.* *de Pœnit.* c. 6. & *de Præscript.* c. 14.

A tali Informatione baptizandi Catechumeni, & audientes nuncupabantur.

Obste. Qualiter se gerunt Calvinistæ in hoc puncto?

Paro. Recitant quóque Fidem Christianam, de articulo ad articulum, sed non modo interrogatorio, & responsorio. Imò ne dirigunt interrogationem ad Infantem, sed Compatres, qui ampliùs Catechumeni non sunt; Etiam Agenda Austriaca duorum statuum Dominorum, & Equitum omnes Interrogationes ad Compatres ordinat. Contra hoc Balthazar Engelmayer (a) Lutheranicus Prædicans sic scribit: In ordine Baptismi (dicit ille) Omnes Interrogationes à tota Ecclesia adhibitæ, sunt immutatæ, & ab Infantibus ad Paternos, & Compatres translatae, quod mihi duplici ex ratione non placet. Nam primò separat se Agenda ab omnibus Ecclesijs Confessionis Augustanæ, ut ab aliquibus qui se cooperatores in hoc opere ostendunt esse, intellexi, quòd nimirum pro crassa, rusticana, inepta, & stulta reteneant, illos alloqui, qui non intel-

(a) *Balthaz. Engelmayer, in Consideratione super Ecclesiastica Austriaca Agenda.*

telligunt, de quo interrogantur, minùs respondere queant. Et hoc volunt uno Textu S. Augustini comprobare, qui tamen alium sensum habet, de quo hac vice disputare nolo.

Cùm igitur apud Antiquam Wittenbergensem Ecclesiam Lutheranicam 20. Annis pauper Minister Evangelij fuerim, multò libentiùs in fine crassus socius, & stultus manebo, quàm cum Nova Wittemberga prudens. Illud quòque observandum est, cùm Infantes non ampliùs interrogentur secundùm communem, & usitatam normam Ecclesiæ, debet aliquid specialiter sub hoc latere.

Super hoc etiam alij duo conqueruntur Prædicantes (a) utpotè Christophorus Plätlinger, & Blasius Heyden his verbis: Magna consideratione est dignum, quòd Agenda Interrogationes quæ apud Baptistum fiunt, & responsiones, quas Compatries nomine, & loco Infantis quasi ore illius faciūt, mutaverit, & ex Agenda Calvinistica alias interrogaciones, quæ non Infanti, sed Compatribus sonant, & responsiones quas

NON

(a) In sua Consideratione super Ecclesiæ agenda.

non loco infantis, aut ore illius, sed Compatres faciunt, deduxerit.

Obste. Bene audio ipsos quocumque Cognatos Augustanæ Confessioni dissidere inter se: An scilicet Interrogationes apud Baptisma, ad Infantem, aut ad Compatres sint dirigendæ.

Paro. Hi jam diù scrupulizabunt, & solertizabunt, ut curandum sit, ne ultimatum planè ipso Baptismo priventur. Nam tantùm siccatur, & pungitur in circulis vasis, donec circuli, & utres dissiliant, & separentur, ac tandem bonum vinum effluat.

Sed volumus cum nostro discursu de Baptismi Cæremonijs ulterius progredi.

*De Oleo, quo Baptizandus in Pectore,
& Scapulis ungitur.*

Paro. **C**onsuetum est, ut Baptizandus in Pectore, & inter scapulas Sancto Oleo ungitur, & penes dicatur: Ego te ungo Oleo Salutis in Christo JESU Domino nostro.

Obste. De hac Cæremonia nostri Prædicantes nec scire, nec audire volunt, ac insuper illos, qui eodem utuntur Oleila-

tras, axiungas, Lactucarum præparatorum &c. nominant.

Paro. Sic deberent non tantum nos, sed totam etiam 1500. Annorum Ecclesiam condemnare.

Obste. Quare?

Paro. Nam Oleum semper apud Baptisma est adhibitum, ut ex sublequentibus Testimonijs clarè patebit.

Clemens (a) Præcipuorum duorum Apostolorum Discipulus scribit: Prius ungetur S. Oleo, ac post baptizetur aquâ.

Dionysius. (b) Sancto Divino Oleo baptizandus ungitur. Item: Ubi à Presbyteris exutus est veste, proferunt S. Oleum.

Chrysoströmus. (c) Baptizandus ungitur more pugilum, qui in arenam descendere volunt.

De primo Christiano Imperatore scribit Nicephorus: (d) Postquam Cæsar Oleo unctus est, descendit in Fontem Baptistisalem.

S. Ambrosius (e) concordat cum Chrysoström.

(a) Clem. lib. 7. Apost. constit. c. 23. (b) Diony. de Eccle. Hierar. c. 2. (c) Chrysostr. Homilia 6. in Epist. ad Coloss. (d) Nicephor. lib. 7. Hist. Eccles. c. 33. (e) Ambr. lib. 1. de Sacram. c. 2.

scostomo. Tu (inquit ad Baptizandum) unctus es, ut miles Christi.

Similiter Cyrillus (a) memorat, quòd Baptizandi exuebantur, & ungebantur exorcizato, ac adjurato Oleo; ut ipse nominat.

S. Augustinus. (b) Omnes homines qui Ecclesiæ ad Baptismum salutarem statuuntur, percipiunt Oleum benedictum. Attende, *Omnes*. Omnes homines dicit S. Augustinus; nam non est unius solùm Civitatis, aut Regionis usus, ut Baptizandi ungantur, sed non interrupta consuetudo totius Christianitatis.

S. Basilius. (c) Hanc unctionem numerat inter illa, quæ à Sanctis Apostolis oretenus docta, & nobis legata sunt. De Oleo, & unctione Catechumenorum, ut Baptizandi vocabantur, legere est etiam apud S. Augustin: tract. 44. in Joannem. Apud S. Severum Alexandrinum in libro de Cæremonijs Baptismi Græcorum. Isido. lib. 2. de Divinis officijs, c. 20. Apud Amalarium lib. 1. de Eccles. officijs c. 12. Apud Rabanum de Instit. Clerico. l. 1. c. 27.

Apud
(a) Cyril. *Cathechesi Mystagog. 2.* (b) August. *Serm. 206. de tempore.* (c) *Lib. de Spiritu Sanct. c. 27.*

Apud Aleuin. lib. de Divin. Officijs. Apud Gregorium in Sacramen.

Obste. Omnino verum est, quòd nostri Prædicantes, has, & alias Cæremonias Baptismi possint damnare, sed simul damnant totam 1500. annorum Christianitatem; nam adducta Testimonia Patrum sunt clara, & manifesta.

Paro. Non audisti, quàm reverenter Doctores Ecclesiæ mentionem faciant Olei, apellando illud Divinum Oleum, benedictum Oleum &c? E contrà vestris Prædicantibus debet esse Maledictum Oleum, Magicum Oleum, Fœtidum Oleum, axis, & ocrearum unguentum.

Obste. Ut album, & nigrum, lux, & tenebræ ad invicem conveniunt, sic, & multò minùs convenit Doctrina Prædicantium, cum Doctrina Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, & Patrum.

Quid autem habet Lutherus in suo Germanico libello de hac Cæremonia?

Paro. Instruit in eo suos Parochos sic: Postmodum ungas Infantem S. Oleo, in pectore, & inter scapulas, & dic: Ego te ungo Oleo salutis in Jesu Christo Domino nostro. Hoc ipsum habet Agenda Electoratùs Marchiæ Brandenburgicæ, impres-

sa Perliniæ 1540. Post hoc ungit Sacerdos Infantem in pectore, & inter scapulas Oleo Catechumenorum, & dicit:

Ungo Te, Oleo lætitiæ in Christo JESU, †.

Ac statim accipiat Sacerdos Infantem ad suas manus, & teneat supra Baptisterium, ac ungat inter Scapulas, & dicat: Domino nostro.

His planè verbis stat expressa ista Cæremonia baptismi in Agenda Domini Othonis Henrici Comitis Palatini, Anno 1543. vulgata, alias Lutheranicas Agendas omitto.

Obste. Iterum experior exemplum Lutheranicæ constantiæ, quibus illud modò fœtet, & abominatio est, quod ipsi olim pro sancta re apud Baptisma habuerunt. Sed ex corde libenter audirem spiritualem significationem unctionis istius.

Paro. Per hanc unctionem quatuor præcipuè Mysteria insinuantur.

Primò. Christiana Ecclesia per illam nos instruit, unum miserabilem inter Latrones lapsum, vulneratum per originale peccatum, valde destructum, & ad mortem usque concussum hominem præsentem



tem adesse, qui seipsum juvare non potest, sed oleo nostri veri Samaritani (a) supremè indigere, oleo nimirum Divinæ gratiæ, & misericordiæ, per Jesum Christum Dominum nostrum, sinè ullis nostris meritis, nam oleum significat in Sacris Literis gratiam, Bonum, & misericordiam, sicut mordens vinum severitatem, ac redinem, & Justitiam.

Secundò. Rememorat nobis Ecclesia Christiana, quòd non Baptizatus à natura sit Oleaster, ac per Baptismum Oliva efficiatur, & particeps radicis liquorisque bonæ Olivæ fiat, ut S. Apostolus (b) Paulus de hoc loqui consuevit. Hanc expositionem facit Cyrillus (c).

Tertid. Ecclesia vult Baptizato revocare in memoriam, ut conetur esse de numero, non fatuarum Virginum, quibus defuit oleum, quæ propterea à Nuptijs sunt exclusæ; sed de numero prudentium, quæ oleo dilectionis erga proximum bene in lampadibus provisæ, intraverunt cum Sponso ad Nuptialia æterna gaudia.

Quartò. Siquidem olim consuetum erat,

G 3

rat,

(a) Luca 10. (b) Rom. 11. (c) Cyrill. ut supra.

rat, Luctatores, & pugiles Oleo ungere, Christiana Ecclesia hac unctione vult ostendere, quòd homo à suo Baptismo, usque ad separationem animæ à corpore, omnibus diebus vitæ suæ, ut strenuus miles, bellicosus Heros, & invictus Athleta, imperterritus, magnanimus, spiritualis Palæstrita, adversus Diabolum, Carnem, Peccatum, Mundum decertare debeat, ut propositum præmium æternæ gloriæ victoriosè assequi valeat. Quia nemo coronatur, nisi quis legitime certaverit. (a) Hanc rationem Unctionis dant S. Ambrosius, & Chrysostomus.

Quòd autem simul in pectore, & inter scapulas unctio fiat, de hoc pulchrè describit (b) Rabanus Archi-Episcopus Moguntinus ante 700. annos. Pectus (inquit ille) oleo, quod cum invocatione Sanctissimæ Trinitatis consecratum est, ungitur, ut nihil in eo de malo inimico occultatum maneat, sed cor, & animus in Fide Sanctissimæ Trinitatis roborentur.

Inter scapulas autem ungitur Baptizandus, ut ubique protectus, & ad bene operandum per gloriam DEI confortatus evadat.

(a) Ambrosius, Chrysostomus ut supra. (b) Rabanus de Instit. Clericor. lib. 1. cap. 27.

dat. Tam multum de præcipuis Cære-
 monijs, quæ Baptismum aquæ præcedunt.
 Nunc directè transibimus ad Cæremoni-
 as in ipso Baptismo adhiberi solitas.

Obste. Ego autem modicum divertere
 vellem domum, ut aliquid manducem, non
 enim possum propter senectutem ulteriùs
 expectare.

Piro. Placeat manere hic, & mecum u-
 num, aut alterum bolum sumere, ac post
 statim præconceptam continuabimus Ma-
 teriam.

*De Nomine quod Infanti in Baptismo
 imponitur.*

Piro. CUM jam modicum sumpserimus
 jentaculum, jam possumus ulte-
 riùs ad invicem de rebus colloqui. Apud
 Baptismum Infanti Christianum nomen
 imponitur, de quo interrogat Baptista,
 dicens: Quo nomine vocandus est Infans?
 & ista est prima interrogatio Sacerdotis ad
 Baptizandum accedentis, quam iterum
 repetit, dum jam baptizare vult, ac di-
 cit: Joannes, vel Magdalena, prout dein-
 de Infans nominandus est. Ego te baptis-
 zo in Nomine Patris &c. Tale nomen
 cum

cum Compatrinorum Nominibus Parochus ad Matriculam inscribit.

Obste. Etiam Lutheranici Prædicantes dant nomen Infanti apud Baptismum.

Paro Ubi autem stat Scriptum? ubi Mandatum? ubi Exemplum? Petrus uno die baptizavit aliquot millia, sed ut cui nomen dedisset, nullibi est legere.

Similiter, Acta Apostolorum non memorant (a) Eunuchum Reginae Candacis à Philippo baptizatum nomen acquisivisse in Baptismo, Non dico, quòd Lutherani hoc in passu non rectè faciant, quòd apud Baptisma, ut Catholici Infantibus dent Nomina, sed solummodò illud indicare volo, quòd tale factum, non concordet cum ipsorum fundamento, nimirum illud à Diabolo provenire, quod Scriptum, Præceptum, aut Exemplum non est.

Obste. Tamen consuetum erat apud Judaicam Circumcisionem circumcisus pulchra nomina dare.

Paro. Inde nihil probatur, nam sicut nos Christiani Circumcisionem non amplius curamus, sic, & multò minùs Cæremonias à Judæis in Circumcisione adhibitas. Interim Nominis Impositio apud Baptis-

(a) Actor. 8.

Baptismum suam originem habet à temporibus Apostolorum, ac à Primitiva Ecclesia, ut Dionysius, & Clemens, (a) ambo Apostolorum Discipuli testantur.

Obste. Unum occasione præsentis puncti difficulto in modernis Lutheranis, quòd nunc non secundùm consveta Nomina Sanctorum, nominent suos Infantes, sed communiter Judaica nomina iisdem imponant, ut sunt: Abraham, Jacob, Joseph, Benjamin, Manasses, Joachim, Moyse, Aaron, Judith, Hester, Susanna, Sara, Rebecca.

Paro. Hæc nomina non sunt mala; nam etiam nostri Prædecessores nonnunquam similia nomina suis prolibus dabant; quòd autem Lutherani his temporibus solum talia nomina quærant, & aliorum paulatim obliviscantur, signum est, singularem in eo latere Judaicum Diabolum, qui nos vellet suo tempore ex Christianitate iterum in Judaismum deducere, sicut scimus multos eorum, qui boni Lutherani erant, postea in Judaismum lapsos, & se circumcidi passos. Nihil mirum, si ab optimè fundata Fide antiquorum San-

G 5

torum

(a) Diony. c. 2. Eccl. Hier.

torum Martyrum, Doctorum, Paparum, Episcoporum, Virginum, Monachorum Anachoretarum, & Confessorum, turpiter apostatârunt, & defecerunt, quòd in futurum non habeant animum secundùm illos suas proles nominandi. Quid jam curant Polycarpum, Ignatium, Dionysium, Justinum, Irenæum, Cyprianum, cùm in ea Fide mori nolint, in qua hi mortui sunt?

Quid curant Sanctos Ecclesiæ Doctores, Basilium, Athanasium, Hilarium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Joannem Chrysoptomum, &c. cùm eorundem unanimem, & uniformem Scripturæ Expositionem recipere nolint, sed propudiosè rejiciant, & annullent? Cur deberent vocari eorum Infantes Clemens, aut Fabianus, aut Victor, aut Sylvester, aut Damasus, aut Gregorius, aut Urbanus. &c. cum horum Paparum Christianam Religionem condemnent?

Quàm rarum apparet, dum ex mandato Lutheranicorum Parentum, aut Compatrium, Filij nomine Papisticorum Episcoporum vocantur, sicut erant.

Martinus, Episcopus Turoni in Gallia.

Nicolaus, Episcopus Myræ.
 Ulricus, Episcopus Augustæ.
 Erhardus, & Wolfgangus, Argentorati.
 Valerius, & Maximus, Treviris.
 Bonifacius, Moguntia.
 Cilianus, & Burchardus, Wirtzburgi.
 Rupertus, & Virgilius, Salisburgi.
 Severinus, Colonia.
 Maximilianus, Passavij.
 Corbinianus, Frisingæ.
 Stanislaus, Cracovia.
 Adalbertus, Praga.
 Gotthardus, Hildesij.

Planè tam rarum est, & mirum, si Lutherani suas Filias nominant Thecla, Agnes, Agatha, Dorothea, Apollonia, Potentiana, Margaretha, Christina, Justina, Cæcilia, Euphrosina, Gertrudis, Walpurga, Otilia, Clara &c.

Similiter propter has rationes est ridiculum, si suos Filios Monachorum, & Anachoretarum nomine vocent, ut erant Antonius, Ægidius, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Bonaventura &c. Vel secundùm Sanctorum Catholicorum Regum, aut Principum nomina.

Edmun.

Edmundus, Osvaldus, Richardus, Reges erant in Anglia, Ludovicus Rex in Gallia, Wenceslaus Rex in Bohemia, Ladislaus Rex in Ungaria, Leopoldus Dux Austriae.

Aliquos Sanctos planè eliminârunt, & extirpârunt, (a) dicentes eosdem in rerum Natura nunquam fuisse, (b) Gregorium scilicet, Christophorum, Theodorum, Catharinam, Barbaram, Ursulam, Cordulam &c. Cur igitur vellent talia Nomina in Baptismo suis prolibus imponere?

Obste. Audio Czwinglianos adhuc delicatiores esse in impositione nominum baptismalium, quos sequuntur Calvinistæ.

Paro. . In 41. Statuto Civitatis Jenensis stat. Non quadrat, ut unicus Christianus Infans, Michaël, Gabriel, Gaspar, Melchior, Balthazar, nominetur.

Obste. Sancta Crux! Quas non muscas, & grillos habent hi homines in capite. Estnè autem congruum, quòd aliqui infantibus Ethnicorum nomina imponant?

Paro. Non est congruum, & fit in magnum opprobrium Christianitatis. Ipse unum Lutheranicum Calendarium vidi, factum

(a) Luther. in Psal. 10. (b) Kemnitius 3. par. Examinis de Venerat. Sanct.

Etum pro Anno 1781. per Georgium Winckler, Wittembergensem, Medicum Doctorem, in quo multi Sancti omitti, loco quorum Ethnici, Idololatæ scripti, ut sunt: Hercules, Hannibal, Ulysses, Goliath, Augustus, Paris &c.

Obste. Multi etiam circa impositionem Nominum baptismalium superstitiosè se gerunt; nam aliqui credunt Infan-tem diutius victurum, si hoc, & non tantum, si illud nomen habiturus sit.

Paro. Contra hanc superstitionem, & abusus acriter egit Chryso- stomus. Hom. 12. in 4. c. ad Corinth.

Obste. Quid Vestra R. Dignitas sentit de illa Caremonia, dum quis singulis annis suum Nomen statuit, & redimit.

Paro. Si talis Statutio, & Redemptio fiat per propinationes, & ingurgitationes porcino modo factas, tunc ipsam improbo. Si autem contingat moderatè, & honestè, neque limites temperantiæ in cibo, potu, & lætitia excedantur, quin potius ad laudem, & gloriam DEI, & singularem memoriam illius Sancti, cujus nomen aliquis in baptismo accepit, omnia ordinentur, non sum contrarius. Olim Christiani

stiani tali tempore relictis omnibus sæcularibus curis ad Templum se contulerunt, ubi DEO serviverunt, diligenter orârunt, confitebantur, communicabant, ac occasione sibi missorum ligaminum, in memoriam revocabant vinculum baptismale, quo se Creatori suo obligârunt. Quod usque in præsentem diem à multis practicatur. Plura de Nomine Baptismali qui scire volet, legat *Chrysostrum cap. 5. in Gen. Hom. 23. & in 1. c. S. Joan. Nazianzen. in S. Lavacrum. Ambrosium. Lib. 2. de Sacramentis. c. 2. Concil. Carthag. Can. 25.*

De Immersione.

TRanseat jam ad Cæremoniam Baptismi, quæ in Immersione, Perfusione, & Asperione baptizandi in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti consistit principaliter, & aliquid etiam de ea agamus. Quæ est Consuetudo apud vestros Prædicantes, Intinguntne, vel perfundunt, aut aspergunt infantem?

Obste. In his Regionibus communiter perfundunt.

Paro. Baptismus bonus est, qualitercunque

que fiat, sive per Immersionem, sive Perfusionem, aut Asperionem: sed miror, quòd Prædicantes hoc in puncto non sequantur Magistrum suum Lutherum, qui in parvo libello de Baptismo eisdem præcipit infantes immergere. Jam accipiat infantem (inquit Lutherus) & immergat ad Baptismum, ac dicat. Ego te baptizo (a) in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Idem in alio loco de immersione sic scribit. Baptismus vox græca, apud Latinos significat Merfionem. Dum nimirum aliquid ad aquam ita mergitur, ut super eo coëat. Et licèt in multis locis non sit amplius consuetum infantes ad baptismum planè intrudere, aut mergere, sed solum manu perfundere, tamen fieri deberet, & esset rectè, ut secundum verbi (*Merfio*) sonantiam, infans, aut etiam alter baptizandus mergeretur ad aquam, & post statim extraheretur. Quod baptizatur, requirit etiam significationem baptismi, qui denotat, quòd verus homo, & Nativitas per peccatum vitata, cum carne, & sanguine submergenda sit totaliter. Ideo faciendum est satis signifi-

(a) Luther. in quodam Sermone de Bapt. Tom. 1. Jhen. 6. Wssemb.

gnificationi, & verè perfectum signum exhibendum.

Obste. Credo, Stultum Lutherum (parcat mihi DEUS, si ipsi facio injuriam) per suas Immersiones, & Intrusiones ad aquam, voluisse infantes instar catellorum & caniculorum absorbendos, & submergendos.

Pavo. Tamen audis, quàm accuratè observet Christi verba, & conetur per virtutem Græcæ, Latinæque linguæ Immersionem tueri, & conservare, dicens: Debet esse, hoc requirit significatio, & tenetur quis significationi facere satis, & completum signum exhibere, quasi Immersio de Præcepto Christi esset, & maxime conformis Baptismi Formæ, ac completum signum Sacramenti.

Vobis Lutheranis præsens negotium discutiendum relinquo. Mea pace, quantum vultis de Littera contendite; nos Catholici scimus Ecclesiam Christianam verba præceptiva Domini de Baptismo, sicut & verba præceptiva de Institutione Venerabilis Sacramenti Altaris, bene intelligere, sed nunquam hætenus intellexisse, an unice Immersio, & non etiam Perfu-

Perfusio, & Asperſio ſit perfectus Baptiſmus: Sinè dubio S. Petrus (a) die Sancto Pentecostes illa tria millia ſolum aquâ baptiſmali conſperſerit, quia per Immerſionem res tardè executioni mancipata fuiſſet, ſignanter, ſi quivis in vas aquâ plenum poſitus fuiſſet ſecundùm quorundam Equitum, & Dominorum Auſtriacorum Agendam. De Perfuſione ſic ſtat apud Prophetam Ezechielem. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omni inquinamento veſtro. *Ezech. 36.*

Cyprianus Aſperſionem ſuo tempore bonam eſſe aſſeruit, (b) ſicut tunc etiam Clinici ſemper baptizabantur.

Obſte. Debétne infans, aut alter, ter immergi, aut ter aquâ perfundi, vel verò conſpergi?

Paro. Sive ter, ſive ſemel fiat, ſatis eſt, & verus eſt baptiſmus. Quævis Eccleſia in hoc ſervat ſuam ab antiquo tractam conſuetudinem. Illud verum eſt, quòd ternæ immerſio ſemper, & ubiq; magis in uſu fuerit, quàm una, ut videre eſt apud Dionyſiũ, (c)

H Ter-

(a) *Actorum 2.* (b) *Cyp. lib. 4. Ep. 4.* (c) *Diony. c. 2. Ecclæ. Hierar.*

Tertullianum, (a) Basilium, Cyrillum Hierosolymitanum, Ambrosium, Chryso-
 stomum, Augustinum, quia per illam diver-
 sã tres Personæ in Sanctissima Trinitate
 significabantur. Postquã autem nonnulli
 hæretici terna mersione abuti voluissent,
 profitendo talem ternam mersionem de-
 signare non tantum tres Personas in Trini-
 tate, sed etiam tres Naturas, & Essentias,
 statim reperti sunt aliquot Episcopi in Hi-
 spania, & Gallia, qui malo obviare volen-
 tes, ad extirpandam similem hæresim, uni-
 cam tantum mersionem præceperunt, & or-
 dinârunt. Verba Toletani Concilij sic sonant:
 Propter vitandum schismatis scandalum,
 vel hæretici Dogmatis usum, simplam te-
 nemus Baptismi mersionem, ne videantur
 apud nos, qui tertio mergunt, hæretico-
 rum approbare assertionem, dum sequun-
 tur, & morem.

De hoc valde pulchrè scribit Gregorius
 Magnus (b) ad unum Hispanicum Episco-
 pum

(a) Tertull. de Corona Militis cap. 3. Basili-
 us de Spiritu S. c. 27. Cyril. Cathech. Mystagog.
 2. Ambrosius lib. 2. de Sacram. c. 7. Chryso-
 stom. hom. 24. in Joan. Aug. Serm. 19. & 201. de
 tempore. Concil. Tolet. 4. Can. 5. (b) Greg. lib.
 1. Epist. 41.

pum nomine Leandrum, cujus verba in memorato Concilio referuntur.

Pro Conclusionem hujus Cæremoniæ, audiamus Rabani super ea expositionem adhuc. Terna Mersio dicit ille, denotat Triduanam Domini Sepulturam, cum dicat Apostolus: (a) Quicunque baptizati sumus in CHRISTO JESU, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & Resurrectionis erimus &c.

Obste. Cum desiderio expecto Chrisma: vix si non veniemus jam ad illud.

Paro. Modò statim illam Cæremoniam etiam assumam, & declarabo.

De Chrismate.

Obste. **N**ostri Prædicantes si omnes alias Cæremonias admitterent, unicum Chrisma non paterentur, quod nec in summitate capitis à Presbyteris, nec in fronte ab Episcopis habere volunt.

H a

Paro.

(a) Rom. 6.

Paro. Per hoc se ipsos produnt, quod in isto passu libentius sint Novatiani, aut Donatistæ, quàm sequerentur uniformem opinionem Sanctissimorum Doctorum Orientalium, & Occidentalium, Meridionalium, & Septentrionalium, eidemque adhererent.

Obste. Quomodò Novatiani, & Donatistæ?

Paro. De Novatianis scribit Theodoretus sic ante 1000. annos: (a) Novatiani illos, qui apud se baptizantur, non unguunt Sancto Chrismate; idè Sancti Patres mandaverunt, ut illi, qui ex hac hæresi Ecclesiæ Christianæ incorporantur, iterum unguantur. Ità testatur Optatus (b) de Donatistis, à quibus unum vasculum Chrismatis per fenestram propudiosè foras ejectum, tamen mirabiliter ope divina, ac bonorum Angelorum adminiculo in medio lapidum, ad quos ceciderat, non fractum, & non effusum permansit.

Obste. Nunc proposuisti, quod ego, & omnes Lutherani Prædicantes occasione Chrismatis, satis ad rodendum habemus; siquidem declaratur, quod contemptus, &

(a) Theodoretus lib. 3. Hæretic. Fabul.
 (b) Lib. 2. contra Donatistas.

& damnatio Chrismatis apud Baptif-
mum, ab omnibus damnatis hæreticis
ortum fuum trahat. Jam libenter audire
volo Sanctorum Patrum, & Ecclefiæ
Doctorum de Chrismate conſonum, & u-
niforme testimonium.

Paro. Bene attendas, nam unum inte-
grum Cumulum Testimoniorum pulchrè
ordine proponam.

*Testimonia Orientalis Eccleſiæ, ac Do-
ctorum de Sancto Chrismate.*

CYrillus Epifcopus Hierofolymitanus
non contemnendam (a) facit mentio-
nem Chrismatis poſt baptiſmum, indu-
cendo de eodem aliquot Scripturæ locos,
(b) utpotè Figuram de Aaron, & Rege Sa-
lomon; (c) nam quòd Aaron prius aquâ
lotus, deinde in ſummum Sacerdotium
unctus ſit; item quòd Salomon in Geon
lotus prius, & poſt in Regem unctus ſit,
(ſcribit Cyrillus) erant merè figuræ ad
noſtra Sacramenta. Poſt hoc allegat Tex-
tum S. Joannis: (d) Unctionem, quam acce-
piſtis, apud vos maneat. Poſtremò Iſaiæ

H 3

c. 25.

(a) *Catecheſ. Myſtagogica* 3. (b) *Levit.* 18.
(c) 3. *Reg.* 1. (d) 1. *Joan.* 2.

c. 25. ubi prædicitur, quòd in monte Domini (a) gentes ad credulitatem converfæ, etiam fuit ungentæ. ubi per montem Domini Ecclefia Christiana fignificatur, & per unctionem noftrum Chrifma. Atque hoc Epifcopi imperterritè, & tutè ante 1200. annos Hierofolymis prædicabant, & fcripferunt palàm. (b) Amphilo- chius Epifcopus Iconienfis, fcribit Ba- filium Magnum eximium, & illuminatif- fimum virum unà cum Præceptore fuo Eubulo in Jordane baptizatum, & Chri- smatum à Maximo, qui ante Cyrillum Epifcopus erat Hierofolymis. Unge eos, dicit Textus, Sacro Chrifmate. Etiam ipfe S. Bafilius (c) pulchras res fcribit de Chrifmate, cum quibus fe refert ad Ap-oftolos.

Laodicæ, quæ eft celebris Civitas Phrygiæ 23. Patres ex diverfis Regioni- bus Afiz in Concilio congregati, fequen- tem Canonem ediderunt ante 1000. an- nos. Oportet baptizatos poft Baptifmum Sacratiffimum Chrifma percipere.

Diony-

(a) Secundùm Translationem 70. (b) Am- philochius in vita Bafilij. (c) Bafili. contra Eu- tromium, & lib. de Spiritu S. c. 27. Con. 48.

Dionysius Areopagita, Episcopus Atheniensis (a) scribit Baptizatos post Baptismum Divino Oleo (hoc titulo veneratur Chrisma) fuisse unctos. De hoc etiam Theophylactus (b) memorat, sicut & Nazianzenus, (c) Damascenus, (d) Hieronymus. (e)

Testimonia Antiquissimæ Ecclesiæ, & ejusdem Doctorum in Occidente.

S. Ambrosius: (f) Quid tibi dixit Presbyter? DEUS omnipotens (dicebat ille) qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, & peccata tibi remisit; ille te unget in vitam æternam. Vide, S. Ambrosius insinuat orationem, quæ in præsentem diem in Unctione Chriftatis post Baptismum oratur.

Item, Percipis Mysterium, (g) id est, unctionem in capite, nam sapientis oculi sunt in capite ejus, ut dicit Salomon.

H 4

Item.

(a) Dionys. Eccles. Hierar. 2. (b) Theophil. ad Auroticum. (c) Nazianzenus in S. Baptismum. (d) Damascenus lib. 4. Orthod. Fid. c. 10. (e) Hier. lib. 6. in Amos Prophetam Epist. ad Rusticum, & contra Luciferianos. (f) S. Ambros. lib. 2. de Sacram. cap. 7. (g) Eccles. 2.

Item, Postmodum ex fonte baptismali progressus es ad Presbyterum. Hic recogita, quid secutum est; nimirum quod David dicit: (a) Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Hoc illud unguentum est, de quo Salomon dicit. (b) Oleum effusum nomen tuum.

Aurelius Prudentius, Christianus Poëta ante 1200. annos monet Christianos, ut se recolligant, quod baptizati sint, & Chrismate uncti.

Cultor DEI memento,
Te fontis, & lavacri
Rorem subijisse Sanctum,
Te Chrismate innovatum.

Clemens Romanus: (c) Episcopus baptizatos Chrismate ungat. Item prius ungat sancto oleo, post baptizet aquâ, tandem signet ipsum Chrismate.

Fabianus Sanctus Martyr, & Episcopus Romanus ante 1300. annos scribit ad Episcopos Æthiopiæ, ut singulis annis Chrisma renovent, & antiquum comburant, & adjungit post statim. Hoc ab Aposto.

(a) Psal. 132. (b) Cant. 1. (c) Lib. 3. Apost. Constit. c. 16. lib. 7. Apost. Constit. c. 22.

postolis, & eorum Successoribus accepimus, hoc tenet Ecclesia ab Apostolorum temporibus usque huc, & quidem tam Romana, quàm Antiochena, tam Hierosolymitana, quàm Ephesina &c.

S. Sylvester tempore Constantini Imp. & primi Nicæni Concilij pulchrè distinguit, quòd Presbyteri baptizatos in summitate capitis, Episcopi autem in Fronte signare debeant Chrismate.

*Testimonium Meridionalis Ecclesiæ,
& Doctorum.*

S. **A**ugustinus. (b) Modò omnes un-
guntur, quod olim solis Regibus,
& Sacerdotibus contingebat, & per hoc
insinuatur, quòd in Textu Sancti Petri,
qui omnibus Christianis sonat, (Regale
Sacerdotium) ambo nomina Christiano
Populo quadrent.

Item: Unctio spectat modò ad omnes
Christianos, (c) quæ in veteri lege so-
lùm duplicis ordinis ministrabatur. Eti-

H 5 am

(a) Damascus in Vita Sylvestri. (b) August.
Quæst. Evang. lib. 2. c. 40. (c) In Psal. 26.
Præfat. II. Item lib. 15. de Trinit. c. 26. lib.
2. de Symb. &c.

am S. Augustinus scribit de Chrismate in pluribus locis.

Cyprianus. (a) Baptizatus debet quóque ungi, ut post perceptum Chrisma unctus DEI esse queat, & gratiam Christi in se habeat. Reperitur etiam unus integer sermo de Chrismate in libris Cypriani.

Cyrillus Alexandrinus scribit: Esaiam Prophetam c. 25. per unguentum, quo gentes ungentur, significasse illud unguentum, quo in Baptismo utimur. De hoc pariter habet. *Lib. 9. in Levit.*

Origenes. (b) Secundum formam, quam accepit Ecclesia, omnes baptizati sumus visibili aqua, & visibili Chrismate. De hoc alibi quóque mentionem facit. Tertullianus in Lib. de Baptismo. Statim ac ex fonte baptismali eximus, sancto unguento ungemur.

*Testimonium Septentrionalis Ecclesiae,
& Doctorum.*

RAbanus. (c) Quamprimùm baptizatus
ex

(a) Cyprian. Ep. 70. ad Januarium. (b) Origenes in c. 5. ad Rom. (c) Raban. de Institut. Cleric. c. 28.

ex Baptisterio exit, signatur in summitate capitis à Sacerdote S. Chrismate, qui simul super eo precatur, ut Regni Christi particeps sit, & à Christo Christianus, id est, ab uncto unctus nominari possit.

Alcuinus, (a) Caroli Magni Præceptor. Olim Sancta Unctio apud solos fuit Reges, & Sacerdotes. Postquam autem Dominus noster verus Rex, & Sacerdos æternus à DEO Cœlesti Patre unctioe spirituali unctus est, nunc non tantùm Reges, & Prophetæ, sed tota Christiana Ecclesia, ut unum membrum æterni Regis, & Sacerdotis Chrismate sacrificantur; nam Chrisma ex purissimo oleo, & optimo balsamo fit. Ergo sumus Regale Sacerdotium, & post baptismum ideo unguimur, ut Christiani, id est, uncti vocemur.

De Chrismate res pulchras scribit Ven. Beda in Quæst. super Exod. cap. 45. & super Psal. 26.

Hic habes, quid Oriens, Occidens, Meridies, & Septemtrio olim de Chrismate post baptismum tenuerit, quo aut in Confirma-

(a) Alcuinus Lib. de Divinis officijs de Cœna Domini.

firmatione Frons, aut post Baptismum statim summitas Capitis baptizato ungebatur. Quid vis amplius?

Obste. Bone DEUS, quanta copia testimoniorum! quibus qui adhuc se volet opponere, deberet esse totaliter excæcatus, & inverecundus homo, ac à DEO projectus; signanter autem illud mihi excellenter placuit in memoratis Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ, quod non loquantur de Chrismate sinè Scriptura; sed verbo DEI omnia pulchrè confirment. Quid jam Lutherus de hoc dicit?

Paro. Lutherus (a) certo tempore non fuit inimicus Chrismati, nam in Informatione Visitorum ad Parochos Electoratus Saxonici ita scribit: De Chrismate nullus ullam contentionem excitet.

Obste. Cur ergo Prædicantes tam vehementer certant, & disputant de Chrismate, cum Lutherus eisdem prohibuerit?

Paro. Similiter, hanc unctionem post baptismum Lutherus suis Prædicantibus
in ger-

(a) Luther. de Baptismo.

in Germanico de Baptismo libello Anno
1523. Wittembergæ edito præscripsit,
Patrini teneant infantem in Baptismo; cui
Baptista Crucem oleo faciat in summitate
capitis, & dicat, DEUS Omnipotens,
Pater Domini JESU Christi, qui te rege-
neravit ex aqua, & Spiritu Sancto, qui-
que tibi dedit remissionem omnium pec-
catorum, Ipse te liniat Chrismate salu-
tis in vitam æternam, Amen. Pax tecum,
Resp. Et cum Spiritu tuo.

In Agenda, in Marchionatu Brande-
burgico Perliniæ Anno 1540. impressa,
quæ cum consensu Lutheri prodijt, sic
stat: Postmodum accedunt Patrini, te-
nent infantem supra fontem baptismalem,
ac baptista dicit: *Oremus.*

DEUS Omnipotens, Pater Domini no-
stri JESU Christi, qui te regenera-
vit ex aqua, & Spiritu Sancto, qui que
tibi dedit remissionem omnium peccato-
rum (hic ungit baptista baptizatum in-
fantem Chrismate per Crucem in sum-
mitate capitis, & Compadres deponunt
suas manus, dicitque baptista) Ipse te li-
niat Chrismate sancti Olei, in vitam æ-
ternam, Amen. Pax tecum, Et cum Spi-
ritu tuo.

In Agenda Domini Otthonis Henrici Comitis Palatini Rheni, ac utriusque Bavarie Ducis &c. Nirenbergæ vulgata, Anno 1543. quæ à Luthero revisa, & approbata est, sic stat.

Postmodum Patrini accedunt, tenent Infansem supra fontem Baptistalem, ac Baptista dicit: *Oremus.*

DEUS Omnipotens, Pater Domini nostri JESU Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, quique tibi dedit remissionem omnium peccatorum: (jam ungit baptista baptizatum infansem Chrismate in summitate capitis per Crucem, & Compadres deponunt suas manus, ac dicit) Ipse te linit Chrismate salutis in vitam æternam, Amen.

Vide, quod nec Lutherus ipse, nec alij de consilio, & consensu ejusdem Chrismate averfati sint, imò pluribus annis integri Principatus, & Ducatus illud habuerunt, cui in tota Augustana Confessione Anno 1530. Carolo V. porrecta, unicuique verbum contrarium non invenitur.

Obste. Denique una singularis est miseria apud Luheranos, quod in suis opinionibus

nibus tam sint instabiles, & mobiles: hoc anno vituperant, quod anno præterrito laudabant; hodie condemnant, quod heri bonum æstimârunt. Cuperem interim audire, quid spiritualiter significet externum, & visibile Chrisma?

Pavo. Ex citatis Testimonijs Sanctorum Ecclesiæ Doctorem bene poteras percipere spirituales significationem hujus Unctionis. Sed ex superabundanti pro majori rei declaratione breviter aliquid de illa dicam adhuc.

Primò. Per Chrisma intelligitur ipse Christus Salvator, & Redemptor noster. Nam sicut in Chrismate res duæ conveniunt, purum nimirum oleum, & non vitiatum Balsamum, sic & in Christo sunt duæ diversæ naturæ, humana, & Divina unitæ. Per Oleum humanitas, per Balsamum Divinitas designatur. Chrimate summitas capitis ungitur, ut denotetur, Christum baptizatum supremum Caput esse, baptizatos autem per baptismum eidem incorporata membra; & quodd à Christo, ut capite omnis plenitudo spiritualium Donorum, & Gratiarum in omnes, etiam in infima membra abundè

abundè promanat, ut scriptum est: (a) Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti ejus.

Secundò. Redemptor noster nominatur Christus, quod interpretatur unctus. Nam græcum verbum *χριστός* latinè significat unctus. (b) Ab hoc Christo Fideles omnes Christiani, id est, uncti nominantur, quod nomen nobis prima vice Antiochiæ, ut S. Lucas in Actis Apostolorum scribit, est datum.

De hac spirituali Unctione, qua Christus unctus est, agit Psalmista David 44. Psal. quem locum etiam S. Paulus citat, & de Christo interpretatur, Hebr. 1. Dillexisti Justitiam, & odisti iniquitatem, (dicit David) propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. (c) Per hos confortes intelligit David fideles, quos Christus non dedignatur planè suos Fratres nominare. Hi sunt verè uncti à DEO cœlesti Patre, sed non ità copiosè, ut Redemptor noster, qui magis, & præ omnibus alijs est unctus. Ideo unxit te DEUS (ut David) DEUS
tuus

(a) Psal. 132. (b) Hebr. 11. (c) Actorum

tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. De nostra hac Spirituali Unctione, & Chrismate dilectus Domini Discipulus scribit in sua Canon. 1. Epist. c. 2. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos: & vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis.

Vides jam omnia hæc in memoriam revocari per externam unctionem Chriftatis, quòd nimirum Redemptor noster sit verus Christus, id est, unctus DEI præ omnibus, & quòd etiam nos uncti simus, & à Christo Christiani, ab uncto uncti nominemur. Item quòd à DEO in baptismo communicata, & à nobis percepta Spirituales unctio, aut Chisma suæ superfluentis gratiæ in nobis semper maneat, & in æternum duret. Nam quod David, Lucas, & Joannes verbis expriment, illud etiam vult Christiana Ecclesia externis Cæremonijs significare, & inculcare, quòd tales Cæremoniæ nos non à Scriptura seducant, sed ad Scripturam dirigant, & ducant, imò in ea fundent.

Tertiò. Reges, & Sacerdotes in Veteri Testamento Chrimate ungebantur, quod nunc ostendit, nos omnes per baptismum in Reges, & Sacerdotes evehi, si hæc Cæremo-

remonia Chrismatis etiam adhibeatur. (a) Nam sicut DEUS dicit ad Judæos: Et vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale, & gens Sancta, sic ait Princeps Apostolorum Petrus (b) de Christianitate: Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens Sancta, Populus acquisitionis. Et Joannes in Apocalypsi: (c) Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes DEO, & Patri suo &c.

Quartò. Ut virescens ramusculus olivæ, quem columba ad Arcam tulit, Pacem, lætitiã, felicitatem, & optatam æris temperiem, (d) ac tranquillitatem denotavit, quòd nimirum Diluvium cessãrit, pœna DEI amota sit, ac furor Divinus sopitus: ita Oleum, & Chrisma post baptismum salutem, pacem, & lætitiã, quæ baptizato obtingunt, denotat, ac quòd omnia peccata cum pœna ablata sint, insuper Omnipotens DEUS jam per omnia reconciliatus sit. Ista similitudo egregiè huc quadrat, siquidem per Diluvium Baptismus, per Arcam (e) DEI Ecclesia, & per Columbã cum Ra-

(a) Exod. 19. (b) 1. Petr. 2. (c) Apoc. 1. (d) Gen. 3. (e) 1. Petr. 3.

1000. annos dum in Baptismo Clodovei Francorum Regis Chrisma non adfuisset, ideo quòd Presbyter adferre tardaverit, nequens propter multitudinem populi ad locum, ubi baptismus peragebatur, transire; ad preces S. Remigij pulchra una alba Columba aspectante multitudine in ore vasculum Chismatis volando attulit, ac statim evanuit. (a) Postea hoc oleo Reges Gallorum sacrabantur, & in Coronatione ungebantur. Hoc Miraculum describit etiam Philippus Commineus, quem Sleidanus gravissimum Auctorem nominat. Imò Sleidanus ipse hanc enarrat historiam fusè, in nullum dubium trahendo, multò minùs denegare volendo.

Nunc bene cepi, quid sit Chrisma, quod rectè in animum etiam induxi: probet mihi illud aliquis jam eripere. Ex corde doleo, à me tot infantes, quos ego stulta Prædicantibus ad Baptismum portavi, Chrismate spoliatos.

De

(a) Lib. 9. Comment. de Rebus gestis Ludovici 12. Sleidanus in Illustr. rerum, & de Script. Gallia.

De Veste Candida.

Paro. **V**olumus etiam aliquid dicere de Veste candida, quam Baptizato Presbyter induit dicendo. Accipe candidam, sanctam, & immaculatam vestem, quam immaculatam perferas ante Tribunal Domini nostri JESU Christi, ut habeas vitam æternam.

Obste. Quid denotat hæc Cæremonia?

Paro. Vestis candida denotat internum Candorem, quem anima per Baptismum accipit, secundum Psalmum. (a) Lava me Domine, & super nivem dealbabor. Et Esai. Cap. I. Peccata vestra quasi nix dealbabuntur.

Denotat etiam vestem Nuptialem, (b) cū qua bene subsistet homo coram Cœlesti Rege, ubi venerit visum discumbentes; qui autem illâ caruerit, ligatis manibus, & pedibus, ejicietur in tenebras exteriores. Ideo Muritta Sanctus Martyr (c) Tyranno cuidam, qui à Fide defecerat, & Mamalucus factus est, vestem candidam, quam ei in baptismo induerat, ostendebat, dicendo: Vide miserabilis homo, hi sunt

I 3

sunt

(a) Psal. 50. (b) Matth. 22. (c) Victor Uticen. de Persecutionibus Wandsl.

sunt illi panniculi, qui te accusabunt, ubi Majestas ad judicandum venerit. Iratus Rex nullam in te Nuptialem stollam conspiciet; ea de causa dicet: Amice, quomodò huc intrâsti, non habens Vestem Nuptialem? &c.

Denotat etiam internam lætitiã, & exultationem Spiritûs; nam sicut pulla vestis signum est lætûs, ita alba est signum lætitiæ.

Denotat quòque Angelicam Puritatem, & Innocentiam, (a) quam homo in baptismo percipit. Angeli enim sæpius in alba talari veste apparuerunt. Huc spectant elegantissimi versus Lactantij Carm. de Resurr. Christi.

Rex Sacer, ecce Tui radiat pars magna
trophæi

Cùm puras animas Sacra lavacra
beant;

Candidus egreditur nitidis exercitus
undis,

Atquè vetus vitium, purgat in amne
novo.

Fulgentes animas, vestis quòque can-
dida signat,

Et grege de niveo, gaudia pastor habet.

Tandem designat Electorum Claritatem in Resurrectione futura, ad quam per Baptismum justitiam, & certum Pignus acquisivimus. Sicut etiam in Monte Thabor, in quo Christus transfiguratus est, Vestimenta ejus facta alba sicut nix, significabant gaudiosam resurrectionem, & Claritatem Filiorum DEI in futuro die judicij. De hac Cæremonia res pulchras scribunt S. Dionysius Eccl. Hierar. c. 7. Ambros. c. 7. de ijs qui initiantur Myst. Cyrill. Catech. 4. Raban. lib. Instit. c. 29. Socrates Eccles. Hist. lib. 7. Pontius Paulinus in suis Carminibus.

Obste. Prædicantes Lutherani sunt contenti veste candida, propter illa, quæ denotat.

Paro. Planè ex ijsdem rationibus cum Chrismate deberent esse contenti. Si autem volunt biblico Præcepto evincere suum, tunc dico, tam parum unum, sicut aliud in Scriptura à Christo expressè esse præceptum. Agenda Austriaca Lutherana duorum Statuum, Minorum, & Equitum Vestis Candidæ Cæremoniam non ad Scripturam, sed ad Primitivam refert Ecclesiam; quæ sic habet: (a) An-

tiqua Consuetudo hucusque in Ecclesia mansit, ut post baptismum infanti (qui nudus sine omni respectu baptizatur) vestis candida supra corpus ponatur. Nam sic in Exordio Christianitatis, omnes Christiani tali Vestimento tecti, & baptizati sunt; à quo etiam Dominica immediate Pascha sequens (Quasi modò geniti) in præsentem usque diem, Dominica in Albis nuncupatur, quia baptizati illud ipsum Vestimentum à die baptismi per decursum Septimanæ portârunt. Indui solent alicubi defuncti veste alba, ut admoneamur, quòd per Baptismum cum Christo in mortem consepulti simus. Hucusque Agenda Austriaca.

Interim meo videre Lutherani secundum suam Fidem pessimè procedunt, quòd apud Baptisma candidam vestem, & non potiùs certam quandam denigratam lacernam adhibeant, & infanti induant.

Obste. Mi Domine, Quare?

Paro. Hoc volo tibi dicere. Juxta Lutheranicam Confessionem, & Fidem, per Baptismum Originale Peccatum non tollitur, nec abluitur, sed manet in infante,
ità

bus loco vestis albæ, supparum carbonariorum, aut tela Culinaria quadraret, Baptizatis collo injicienda, per quam aptiùs virtus, quam Lutherani Baptismo adscribunt, exprimitur, quàm per vestem albam.

Specialiter Flacciani deberent permittere sibi dici, qui ex baptizato homine essenziale Originale peccatum volunt facere. Istorum multi sunt illius opinionis, quod omnium baptizatorum in pulverem & cineres redacta corpora, essenziale originale habeant peccatum, imò ipsi planè sint, ac etiam sub ira DEI, lege, & maledictione manèant in sepulchris, criptis, ossuarijs, usque ad Resurrectionem in die Judicij.

Obste. Multa sunt eorum millia inter Lutheranos, qui de similibus crassis jurbis nihil sciunt, aliàs unâ horâ non manerent in hac secta. Imò ipsi simplices non credunt, suos Prædicantes, & Doctores, tam turpiter & horridè errare.

De Lampade ardente.

Paro. **U**Ltima Cæremonia est, quodd in aliquibus Regionibus, & Ecclesijs, baptizatis candela accensa ad manum datur, quæ denotat primò: quodd baptizatus, qui antè in tenebris fuit, à DEO per baptismum illuminatus sit, uti & Paulus Baptizatos illuminatos vocat. (a) Secundò denotat, quodd baptizatus, ut Filius lucis ambulare debeat, & ut sua lux, ità coram hominibus luceat, ut videant opera ejus, & glorificent Patrem in Cœlis. Item, ut Verbum DEI pro lucerna (b) pedibus suis, & pro lumine in sua via habeat, & cum prudentibus Virginibus, accensas lampades habentibus, (c) improvisum adventum præstoletur Sponsi JESU.

Obste. Quid dicit Presbyter porrigendò accensam candelam baptizato ad manum?

Paro. Dicit: Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum, serva DEI mandata, ut cum Dominus venerit ad Nuptias, possis occurrere ei cum omnibus Sanctis in Aula Cœle.

(a) *Hebr. 6.* (b) *Psal. 118.* (c) *Matth. 25.*

Cœlesti, habeâsque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum, Amen. Va-
de in Pace, & Dominus sit tecum, Amen.
Hujus accensæ candelæ, quæ in baptis-
mate adhibetur, meminerunt Hunorius
Augustodun. in Gemma animæ lib. 3.
de Sabbatho Paschali. Nazianz. Serm. de
Bapt. Gregor. Tur. lib. 5. c. 11. Niceph.
Hist. Eccles. Lib. 3. cap. ultimo.

Obste. In Nomine Domini, jam sum ex
toto cum omnibus baptismi Cæremonijs,
nullâ exclusâ contenta. Magnas ago
V. R. Dignitati gratias pro paterna Chri-
stiana Doctrina, & instructione, DEUS re-
pendat in suo Cœlesti Regno.

Paro. Cum igitur Prima, & Secunda
pars propositæ querelæ sufficienter ven-
tilata, & declarata sit; in residuis duobus
Punctis non tam multum morabimur.

Obste. Nec ego multum volo interlo-
qui, nam ubi maximè dubitavi, est ad
meam omnem contentationem bene &
perspicuè elucidatum, declaratum.

Paro. Tua ergo tertia difficultas fuit,
quòd nos Catholici, non vernaculâ, sed
latinâ linguâ baptizemus.

Obste. Ità mi Domine: super quo non
modicè scandalizantur illi,

Paro. Ego conabor tales rationes adducere, in quibus animus tuus conquiescet.

Obste. Ex parte mea non sum contraria, imò jam brevi acquiescam, & videtur, quasi jam possideret animam meam R. D. V. Sed ut ego quòque alios ed meliùs erudire queam, non parva me incessit cupidò audiendi tales rationes.

De Baptismo Latino.

Paro. **P**Rima Causa: Esto Ecclesia DEI in necessitate linguarum diversitate in loquendo pro casu Necessitatis uti queat; tamen latina est illi propria lingua, & commune in universo orbe idioma. Hoc confitetur Achatius de Brandenburg, (a) Electoralis Brandenburgicus Consistorialis, ex ore Principis Joachimi II. Marchionis Brandenburgici, & Electòris &c. sequentibus verbis: De Romano Imperio verum est, & innegabile, quòd nulla quatuor Monarchiarum suam potentiam tam procul extenderit, ut hæc, cum nullus angulus liber manserit, ubi non etiam moderno tempore Latinum idioma in omnibus orbis finibus adhiberetur.

Illud

(a) *Achatius in sua Collatura.*

Illud autem Idioma est Lingua Ecclesiæ. Quid mirum igitur, quòd Ecclesia DEI libentiùs suâ propriâ per universum mundum notissimâ, & latissimè patente linguâ servitium Divinum peragat, Sacramenta quòque administret, & conficiat, quàm aliquâ aliâ.

Secundò. Latinum, Hebraicum, & Græcum Idiomata sunt principalia in orbe, è contrâ alia omnia pro barbaris, exoticis computentur. Hæc tria Principalia idiomata, ex speciali instinctu Divino, cum nostro Crucifixo Christo sunt elevata, & ad caput illius in Cruce applicata, ut significetur, quòd Mysteria suæ Passionis, & Mortis, præcipuè his tribus principalibus linguis sint complectenda, & illis mediantibus Sacramenta etiam peragenda, sicut & Divinum servitium celebrandum. Plures quidem tunc in Jerusalem occasione Paschatis, diversarum linguarum fuerunt Nationes, sed Triumphalis Titulus ex speciali ordinatione, & instinctu Spiritûs Sancti, solis his tribus linguis principalibus scribendus erat, & quod semel scriptum est, manet scriptum.

Tertidò.

Tertid. Ideo etiam Divina peraguntur Latinè in Ecclesia Catholica, ut Myſteria noſtræ S. Religionis apud omnes majorem reſpectum, honorem, reverentiam obtineant. Clarum enim eſt, quantam imminutionem, & vilipenſionem apud plebem paſſa ſit Fides noſtra Chriſtiana, poſtquam omnia germanicè in Templis peragi cepiſſent. Priſcum Zelum, ſerietatem, & pietatem in populo non eſt ampliùs videre, ſed ſedent in poſterioribus ſuis in templo, temporis fallendi gratiâ audiunt pauliſper, poſt ſe proripiunt, & abeunt, tandem ubi ad popinam ventum eſt, riſum, & luſum ex auditis faciunt, ac jam ebrij, elata voce permixta cachinnis, Prædicantem ad Altare operantem imitantur, non metuentes Sacratiffima verba Inſtitutionis Venerabilis Sacramenti Altaris, germanicè inter eructationes, & vomitus decantare: *In der Nacht / da der HERR verrathen ward / &c.* (in qua nocte Dominus tradebatur) aut alia Sacra verba de Noſtris Chriſtianiſ Myſterijs, ad ſuum petulans, & ebrium os accipiunt, ac deplorandè profanant.

Ipi pueri, & infantès, in plateis ſubinde

inde accipiunt Panem, & Vinum, aut Panem, & Aquam, pronunciantes superinde verba Institutionis, & communicantes unus alterum more suo. Item accipiunt catellum, aut caniculum &c. perfundunt aquâ dicendo: Ego te baptizo &c. pro ut talia germanico idiomate à Prædicantibus audiverunt, & memoriter discere debuerunt. Sic luditur cum Mysterijs Fidei nostræ Christianæ, & contra præceptum Christi, Sanctû datur canibus, & margaritæ projiciuntur ante porcos. Audivi certam historiam, quam credo contigisse. Nimirum in quadam domo à Prædicante baptizatum infantem, qui valde debilis erat; cujus baptismum Prædicans elata fortiter voce incepit, dicendo: Exi, immunde Spiritus &c. quod dum audisset Mater, quæ non procul post cortinam jacuit in puerperio, exclamavit voce magna, prius altum suspirando: Ah DEUS! ergone diabolum utero meo gestavi, & quò iterum nunc ei eundem est. Talem germanicus Baptismus apud istam scœminam est operatus Devotionem.

Quartò. Germani statim ab exordio suæ Conversionis ex Paganismo ad Christianis-

ftianifmum femper cum Uxoribus, proli-
 bus, & Familia baptizabantur. Imò (a)
 Sabellicus, & Platina fcribunt à Grego-
 rio IV. magnam partem Germaniæ pro-
 prijs fuis manibus Romæ latinè bap-
 zatam. Quid ergo nos volumus primò
 poft tot centenos annos novas res ex-
 citare & inftituere? Omnis mutatio pe-
 riculofa, aut perniciofa.

Quintò. Latinum in Ecclefia non eft
 contra Auguftanam Confeflionem; nam
 propterea Lutherani fignanter in Arti-
 culo de Baptifmo, ne minimam quere-
 lam, aut difficultatem faciunt. Quin po-
 tiùs dicunt in Articulo de Miffa, hucusq;
 nullam notabilem mutationem à fe in
 Miffa factam, excepto, quòd in certis
 locis penes Latinum, etiam Germanicæ
 cantiones cantentur. In Apologia fic ftat:
 Nos cogitamus quia ideo, quòd fatea-
 mur, apud nos latinam Miffam, Lectio-
 nem, & Orationes etiam haberi &c. Obser-
 va, apud Lutheranos Latina Miffa, Ora-
 tiones, & Lectiones peraguntur; cur er-
 go prohiberi deberet, ne apud baptifma

K

lati-

(a) Sabellicus *Enneadis Octava lib. 7. Pla-
 ti. de Vitis Pontificū. Centuriatores Magdebur-
 genses Cent. 8. c. 6*

latinè oretur? An non est unus DEUS, qui in Missa, & apud baptismum invocatur? Vel verò potest DEUS latinus in Missa Orationes intelligere, non autem latinus baptismi precesiones?

Sextò. Nullus est in tota Scriptura Textus, qui nos cogeret communi materna lingua baptizare: quare ergo sinè causa angustiantur conscientia? cur tam vehementer illud urgeant, quod Scriptura planè non urget? si est aliquis locus in toto Sacro Codice, ex quo lucidè contra latinum Baptismum, & Missam à nostris adversarijs adduci posset, tunc est c. 14. Epistol. ad Corinth. 1. (a) Sed dum Carlostadius germanicam Missam, & servitium Divinum ex illa vult evincere, apelat eundem Lutherus stultum dicendo: Stultus non intelligit S. Pauli verba rectè, qui loquitur de linguæ sermone. Nam S. Paulus scribit de officio Concionatoris in ordine ad plebem, ut audiat, & discat. Et dicit: Qui legere, docere, & prædicare vult, & loquitur linguis, id est latinè germanis, vel aliâ ignotâ linguâ utitur,

(a) Nota, quomodo locus S. Pauli intelligendus de Sermone linguarum.

titur, ille taceat, & sibi soli prædicet.

Si ergo non est necesse, néque DEUS ullibi in Scripturis mandavit communi vernacula lingua infantes baptizandos, cur ergo abominantur aliqui, & damnant Catholicorum baptismum propter Latinum idioma? Imò si latinus baptismus adverteretur Scripturæ, ipse vellem contrà agere, & eundem pro nullo habere. Postquam autem ex Sacris Paginis nihil contrarium adduci potest, meritò communi ordini inhærendum erit, & non scissiones, aut fissiones excitandæ à communissima consuetudine totius Christianitatis.

Septimò. Ideo etiam Ecclesia linguam Latinâ retinuit, quia experientia testatur, sæpè rem aliquâ, si latinâ linguâ efferatur, & pronuncietur, majorem emphasim, pondus, & gravitatem habere, quàm si aliquâ exoticâ, & barbarâ proponeretur. Quinimò statim, ut ad aliud idioma res eadem proponenda venit, mutat gustum, non ità ut pro priori sonat. Servet quis illud tantum, quod Lutherani in rebus Ecclesiæ germanicè condiderunt adversus

Latinum, tunc ità sonat, quasi unus antiquus plicatus lebes pulsaretur.

S. Augustino oculi lachrymis infundebantur, dum Latinum Cantum audiebat in Ecclesia; è contrà apud germanicas Cantiones Lutheranorum nonnunquam in risum erumpitur. Latinum *Oremus* plures Oratores, & Oratrices in una Ecclesia Catholica acquirit, quàm germanicum *Lassit uns betten* (id est *Oremus*) apud centena Lutheranorum Conventicula. Nam dum plebs Lutherana audit *Lassit uns betten* (id est *Oremus*) vix aliquis eorum procumbit in genua, nullus attollit manus, sed stant statuis, aut pallis similes. Devotissimus eorum vertit se ad parietem, quasi mingere vellet; alter intrudit caput ad pileum intrò, ac si orare vellet: Pater noster, qui es in pileo; tertius planè abit, & ad germanicum *Oremus* respondet propudiosè ante portam templi: Quis te prohibet orare? Ora, quis te retardat?

Octavò. Qudd non purè germanicè in administratione Sacramentorum procedatur, ac alia Divina servitia peragantur; Ratio non postrema est, ne sensim Latinæ
 scho-

scholæ tollantur, consequenter cuius
 idiotæ ad Presbyteratum, & alia munia,
 ac ordines liber accessus ostendatur.
 Nam quis in longiora tempora velet ca-
 put latinismo frangere, si potest omnia
 sua in Templo germanicè exequi, puta
 germanicè baptizare, germanicè in nocte
 Dominum tradere, germanicè Psalmos
 decantare, germanicè Sacra facere? Hinc,
 & ex isto fundamento inveniuntur apud
 Picardistas in Bohemia, & pluribus Regnis
 tales Prædicantes, qui ferme idiotæ sunt,
 ac vel verbum Latinum non intelligunt,
 minus loqui sciunt; quales sunt Smigma-
 tores, Textores, Pistoris, Sutores &c.
 Nec aliud apud Anabaptistas invenitur.
 Pariformiter apud vos Lutheranos, repe-
 riri est unum integrum cumulum Prædi-
 cantium, qui ex Latinismo minus, quàm
 nihil sciunt, & hi creantur ex desertori-
 bus Scholarum, corruptis germanicis Lu-
 directoribus, corruptis opificibus, rusti-
 canis famulis, circumforaneis medicis,
 imò planè ex Licitoribus, Præconibus Uno
 verbo qui tantum os adversus Papam,
 Cardinales, Episcopos, Sacerdotes, Mo-
 nachos, Jesuitas movere, & aliquid ger-
 manicè balbutire, & scabere scit, ille apud

vos subsistit ut Apostolus, & habetur pro idoneo Prædicatore, & Dispensatore Sanctorum Sacramentorum.

Ante non multos dies in Regno circuibat quidam seductor, simulando esse se senem illum, rusticanum famulum nominatum Michel/ ad quem multa milia hominum ante aliquot annos in gratiam suarum Concionum accurrebant, modò autem Catholicus est factus. Personatus itaque Michel/ ut verum agere videatur Michel/ idque etiam plebi persuadeat, nulli conatui pepercit, ferventissime in diversis Bavariæ, & alibi locis concionando publicè coram magno concursu populi. Hic non multò post comprehensus, ex Mandato Serenissimi Ducis Bavariæ Viennam ductus est, & ad horribiles, eòsque strictissimos carceres detrusus, ubi benevolè professus est, se esse professione Fabrum Serarium, cum autem ex hoc artificio media vivendi sufficienter habere non posset, hoc medium vitæ sustentandæ adinvenit, & ex desperatione Prædicans sit factus.

Tales incongruitates necessariò sequuntur, si latinum ex Ecclesia proscribitur,

ac omnia maternâ linguâ solùm peragi volumus.

Nonò. Nulla necessitas, sed mera curiositas est, velle habere baptismum germanicè. Nam in baptismo, vel Presbyter loquitur cum DEO, vel in Exorcismo cum diabolo, vel cum Infante, vel cum Patrinis, aut circumstantibus. Jam, DEUS intelligit latinè valde bene, nec indiget interprete; Et diabolus intelligit latinè, ac alias linguas; Infanti peridem est, loquatur quis eidem latinè, aut germanicè, quia tam parum unam, ac alteram defectu ætatis novit. Ad Paternos autem, & circumstantes fit germanicè monitio, qui tunc, dum loco infantis respondere debent, interrogantur germanicè. V.G. Abrenuncias Diabolo, & omnibus operibus, & omnib⁹ pompis ejus? Credis in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ? Credis in JESUM Christum Filium ejus unigenitû &c? Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam &c? Visne baptizari? Nonnè est hoc germanicè? Quid plus desideras germanicè? Si non intelligis precatiunculas latinas, tamen intel-

ligis S. Pater noster, quod te apud baptis-
ma Sacerdos orare jubet, quod in se to-
tum illud, quod Presbyter latinè orat,
complectitur. Ac de officio cuius Pa-
rocho incumbit in Cathedra, aut peracto
baptismate juxta occasionem res, unam
post alteram assumere, & ex latino in ger-
manicum Plebi vertere, ac enucleare.
Olim Prædecessores nostri omnia quæ in
Sacro, & baptismate latinè peragebantur,
ex diligenti Parochorum Instructione,
non tantum pro se ipsis intellexerunt,
sed etiam alijs germanicè declarare, &
exponere sciverunt,

Deinde Baptismum celebrare germani-
cè necessarium non est, excepto si infans
ex debilitate ad manus Sacerdotis deve-
nire non posset, sed propter necessitatem
a fœmina baptizandus esset; quo casu
Ecclesia Catholica fœminam germani-
câ, aut aliâ, quam pollet linguâ permit-
tit baptizare, ne Infans vitâ æternâ pri-
vetur. Nam S. Augustinus (a) dicit, lon-
gè majus esse damnum, si Infans spoliatur
Baptismo, quàm si innumeri homines
in corpore occiderentur. Hinc deducitur,
Catholicam Ecclesiam germanicum ne-
cessi-

(a) Aug. Ep. 75. ad Auxiliun.

cessitate postulante Baptismum non rejicere, sed admittere. Ea de causa omnes obstetrices formam baptismi germanicè scire debent memoriter in his verbis consistentem: Ego te baptizo in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, Amen. Nèque satis est, si obstetrix infantem aquâ aspargendo, aut perfundendo nihil plus diceret, quàm in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti; sed debet etiam dicere: Ego te baptizo, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, Amen. Quamobrem, super hoc Parochi obstetrices sedulò, & frequenter examinent, ac informent.

Extra hanc Necessitatem non est sufficiens ratio baptismum Germanicum præ-tendendi, sed potius permanendum apud consuetum Latinum, qui per manus Catholicorum Presbyterorum fit, & nullas scissiones, & fissiones ab Ecclesia Catholica propter Latinum Idioma faciendas; aliàs si tu in tua Materna lingua ità inamorata es, metuendum est, ne suo tempore secundùm græcum Idioma horreas appellari Christiana, sed germanicè uncta. Item cum tempore abnegare posses

Evangelium, Epistolas, & non ampliùs cantare Kyrie eleison, aut Alleluja, nec dicere in Pater noster, Amen. cùm Evangelium, Epistolæ, Kyrie eleison, græca; Alleluja, ac Amen, hebraica sint verba.

Decimò, & ultimò. Catholica Ecclesia in Divinis Servitijs, & Sacramentorum administratione tantum uni adhæret Idiomatici, ad retinendam majorem unitatem, & unionem; nam sicut unum Baptisma, una Fides, unus DEUS, unus Christus, & una est Ecclesia; ità etiam unum Idioma in servitio Divino, & Ceremonijs peragendis servandum, ut de Christianitate impleatur, quod dictum est: (a) Erat Terra labij unius, & Sermonum eorundem.

Certò ubi primùm ceptum est servitium Divinum peragi, Sacramenta administrari diversis linguis, etiam statim diversæ Religiones irruerunt, sintque fere jam in mundo tot sectæ, quot linguæ. DEUS sic Turris. Babylonicae formatorum linguã multiplicavit, & confundit, ut alter alterum intelligere non potuerit, qui DEO, & Angelis, imò omnibus veris Christianis

(a) Gen. II.

nis in toto orbe publicè, & apertè facti
sint in opprobrium.

Tam multum ad tuam tertiam pro-
positam difficultatem respondere debui.
Sed éne contenta?

Obste. Valde bene, néque scio aliquid
contradicere:

De Presbyteris.

Paro. JAM ventum est ad tuam quartam
Querelam contra Presbyterorum
Potationem, & Ineptitudinem factam.
Congruum est ut Presbyteri nostri in
omnibus munijs Sacerdotibus ab omni
specie scandali se praservent; nam Chri-
stus dicit: Væ homini illi, per quem scan-
dalum venit. Interim cum Presbyteri
sint etiam homines, ac subinde contin-
gat ipsos calcitrare, vitio non est verten-
dum ipsis, néque ob ipsorum humanam
fragilitatem eorum Baptismus abomi-
nandus, non enim vita Ministri mutat
vim Sacramenti, Ita scribit Augustana
Confessio, Art. 8. Et Christus dicit: super
Cathedram Moyse sederunt Scribæ, &
Pharisæi: omnia ergo quæcúnque dixe-
rint vobis facite, secundùm autem opera
illorum nolite facere.

Quæro

Quæro ex te: Si tibi aliquis Dominus 1000. aureos per unum servorum scabiofas manus habentem, tradi curaret, utrum propter tales scabie infectas manus non acceptares?

Obste. Essem ego magna stulta si non acciperem. Quid mihi cum illius scabie, reservet sibi illam, ego aureos.

Paro. Similiter etiam Baptismus, & alia Sacramenta, tanquam eximia dona DEI, ab ejus Ministris cum gratiarum actione acceptes, nec turberis occasione vitæ eorum scabiosæ. Judæ Proditoris, & Furis, tam bonus fuit Baptismus, ac Petri. Nec Vestri Prædicantes sunt omnes abstemij, quorum aliqui tam Zolosi sunt amatores vini, quibus incommodum non est, pluribus horis continuis, calicibus evacuandis operam dare. Imò si quò invitentur, non priùs abeunt, quàm Cerevisiam, aut Vinum in ventre, epistomium in Pileo, & circulos in collo habeant, ut legere est in Novis de Infernali Inquisitione. Et vos fœminæ, quæ infantem ad Baptismum deportatis, aut comitamini, sæpè tantum hauritis, ut etiam infantem in via perdatis.

Dux

Dux Augustus Saxoniae per Publicum Mandatum conquestus (a) est contra suos, quod S. Baptismus multipliciter dehonestetur, & fere per omnes status, Gratiarum actio, quae Redemptori Nostro pro suis salvificis donis fieri deberet cum devotione, commutetur in Potationes, & Sodomiticæ lauitias.

In futurum conabor, quantum virium mearum est, ut omne scandalum à meis Presbyteris Parochis, & Capellanis amoveam. Et in primo, qui post meam cohortationem, & admonitionem scandali alicujus sive per ebrietatem, sive alio modo reus compertus fuerit, statuat exemplum, quo alij etiam sapient, atque ab omni scandaloso casu sibi præcavere scient. Hunc in finem omnes Parochos, quos sub meo Decanatu habeo, quam primum convocabo, examinabo, & audiam, quomodo baptizent, & Cæremonias peragant, ut omnia honestè, & ordine bono in Ecclesia DEI peragantur, ne plebi aliqua detur querulandi occasio. Quid jam plus à me exposcis?

Obste.

(a) Augustus Dux in sua Ordinatione & Mandato Dresde.

Obste. Nihil mi Domine. Ecce ibi pertransit Dominus Joannes Starckenbart, Lutheranicus Prædicans: Non vides ipsum per fenestram?

Paro. Voca ipsum: Sed non veniet.

Obste. Tentabo: Domine Joannes, veni properè, & fac mihi assistentiam, nam cum D. Decano solito profundius descendendi ad discursum, cui respondere planè non sufficio.

Prædicans. Multa cum Ipso incepisti, audeas etiam terminare.

Obste. Mi Domine Joannes, intra Parochiam, & ascende ad nos.

Prædicans. Nihil habeo, quod ibi quæram; quia nihil perdididi.

Obste. Non modicè virilitatem tuam, quam sæpius cum audacia coram nobis vetulis, & rusticis jactitabas, miror, quòd jam nihil occasione se offerente audeas, qui tunc tantus videbaris, ut, unus sufficeres omnibus Papisticis Sacerdotibus devorandis. Videre liceat nunc Artis, & Audaciæ specimen.

Prædicans. A talibus Sophistis volo mihi præcavere.

Obste. Vide mi Domine Decane: In hoc
Pra-

Prædicante ausa fuisset Turrim ædificare, quàm pulchræ autem me hæere sivit.

Paro. Hoc tibi prædixeram, prævidi enim non venturum. Istud putridum lignum splendet de nocte solum, non de die. Si ubi aliquem sciunt, qui ipsis fundamentaliter obviare potest, illum fugiunt; sed apud vos vetulas, & indoctos Laicos, faciunt se in Israël magnos Magistros.

Obste. Iste Lucifugus Prædicans, primò me ut par erat, confirmavit in meo Christiano proposito. Iteratò R.D.V. humiliter ago gratias, pro omni Christiana Instructione. Nunc jam adseram infantem ad baptismum, & sim meretrix, si posthac vel unicum infantem Lutheranico Prædicanti detulero. Doleo ex corde, quòd me ità per illos salutis suæ incurios homines, hucúsque decipi permiserim. Proximo Dominico obsequentissimè pro Confessione, & Communionem me statuum, ac DEO meo, & Christianæ Ecclesiæ me reconciliabo.

Paro. Pro quo ego etiam precor tibi
Bene-

Benedictionem Omnipotentis, ut ille
bonum illud, quod in te operatus est,
confirmare, & adimplere dignetur. Da-
ta occasione redi, etiam circa alios
Controversos Fidei Artic-
ulos informationem ac-
ceptura.

O. A. M. D. G.



DEBRECENI EGYPTICA MUSEUM

Leit. 2496-1961

703881



703881